

CCLIII.

Dat. die
24 novembris
1803
anno IV.

Episcopales ecclesie de Cuba, et de
Benecuela in archiepiscopales eri-
guntur.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. **I**n universalis Ecclesie regimine semper cordi fuit Romanis pontificibus, decori et ornamento ecclesiasticæ hierarchiæ opportuna forma prospicere, quod ut facilius assequerentur, eorum qui in partem apostolicæ sollicitudinis vocati sunt sedes ad varios per orbem catholicum gradus sustollere consueverunt; ita Nos etiam prædecessorum Nostrorum vestigia sectantes aliquas ex iis sedibus sublimiori titulo decorare, et peculiaria illis insignia elargiri expediens in Domino arbitramur.

§. 2. **N**omine dilectissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici nuper Nos animadvertere studuit dilectus filius eques Antonius de Vargas y Laguna, apud Sedem apostolicam ejusdem Caroli regis plenipotentarius admistrer, quod post cessionem insulæ sancti Dominici ab eodem Carolo rege peractam favore Gallicanæ reipublicæ, vigore concordatorum inter Carolum regem prædictum, et ipsius reipublicæ consules initorum, episcopales ecclesie illæ, quæ suffraganeæ metropolitanæ ecclesie sancti Dominici antea erant assignatæ, similem metropolitanam intra fines dominiij ejusdem catholici regis non amplius in posterum haberent, quodque ut populi omnes eisdem ecclesiis subiecti, eidemque Carolo regi obtemperantes, facilius in necessitatibus ad metropolitanam appellare, ejusque auxilium, si ratio postulet implorare opportune valerent, opportunum videtur eas a metropolitico jure præfatæ ecclesie sancti Dominici abdicare, et deinde vel alicui archiepiscopatus subijcere, vel etiam earum unam vel plures ad archiepiscopalis ecclesie gradum extollendo,

alias in suffraganeas eisdem designare.

§. 3. **E**t subinde cum ipse Carolus rex catholicus semper excogitaverit ea omnia in suis regnis statuere, quæ tam bono catholice religionis expedirent, quam populis sibi subditis commoditatem tribuerent; ideo si una de Cuba, et altera de Benecuela vulgo Caraccas respective episcopales ecclesie ad archiepiscopatum gradum eveherentur, et ad illam de Cuba, alias sancti Christophori de Havana, et de Portorico, ad alteram vero de Benecuela vulgo Caraccas, aliam de Guajana respective episcopales ecclesias in earum respective ecclesias suffraganeas assignarentur, personarum tam ecclesiasticarum, quam laicarum in illis partibus degentium necessitatibus optime occurreretur.

§. 4. **Q**uoniam in eundem finem cum episcopalis ecclesia Emeritensis vulgo de Maracaibo, archiepiscopatus s. Fidei suffraganea, magno locorum intervallo a suo metropolitano disjuncta sit, ad diæcesanos omnes præfatæ ecclesie Emeritensis commodum afferendum si ecclesia ipsa episcopalis a metropolitana subjectione archiepiscopi s. Fidei subduceretur, et una cum prædicta ecclesia de Guayana novo archiepiscopatus de Benecuela tanquam ejus suffraganea subijceretur, opportune respective populorum commoditati foret consultum.

§. 5. **Z**elo itaque antedicti catholici regis, quo pro ecclesiarum splendore, et populorum utilitate, ac rerum omnium expedito ordine, incensum aspicimus, apostolica auctoritate libenter accurrentes motu proprio et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine antedictas de Cuba, de Benecuela, s. Christophori de Havana, de Portorico, et de Guayana respective episcopales ecclesias antea archiepiscopatus s. Dominici in suffraganeas assignatas, a superioritate, jurisdictione, et metropolitana subjectione præfati archiepiscopatus s. Dominici, ad præsens vacantis, et extra catholici regis ditione existentis, sejunximus, et abdicamus, ac in posterum separatas, et minime archiepiscopatus prædicto subjectas esse volumus atque decernimus.

Ratio decernendas novæ erectionis.

Idem ut supra

Tenor concessionis.

Expositio præcui porrectam a rege catholico.

Exemptio a jurisdictione archiepiscopi.

§. 6. Ad hoc pariter ut juxta superius expressa præfati regis desideria, commoditati populorum in diocesi Emeritensi vulgo, ut diximus, de Maracaibo degentium, quorum episcopalis ecclesia, ut præfertur, metropolitico jure archiepiscopalis ecclesie s. Fidei subjacet, opportune provideatur, antedictam quoque ecclesiam episcopalem Emeritensem a metropolitana subjectione, jurisdictione, et superioritate tam ipsius archiepiscopalis ecclesie s. Fidei, quam illius pro tempore existentis archiepiscopi, ex nunc et in posterum, modo tamen et forma infrascriptis etiam similiter eximimus et liberamus, ac minime eidem subjectam esse censi mandamus.

Electio novissima sedium archiepiscopali.

§. 7. Episcopales profecto ecclesie superius expressæ, sic abdicatæ, et a metropolitana subjectione suorum archiepiscoporum liberatæ, unam et alteram earum videlicet de Cuba, et de Benecuela, ad laudem et gloriam omnipotentis Dei, et Beatissime Virginis Mariæ, ac sanctorum apostolorum Petri, et Pauli, nec non fidei catholicæ exaltationem, totiusque militantis Ecclesie decus, in ecclesias archiepiscopales, et sedes illas usque modo episcopales, in archiepiscoporum sedes, pro duobus archiepiscopis, qui pallii, et crucis usum more aliorum archiepiscoporum habeant, aliisque gaudeant privilegiis, honoribus, et prærogativis similibus archiepiscopis debitis, et concessis, quibus primi, ac successive protempore existentes illarum ecclesiarum archiepiscopi uti, frui, potiri, et gaudere libere et licite possint et valeant, ac etiam debeant, apostolica Nostra auctoritate, ipsarum tenore præsentium, perpetuo erigimus, et institimus, ac nomine, titulo, insigniis, et honore archiepiscopali respective decoramus. Nec non dictarum ecclesiarum præsules usque modo episcopi, eorumque respective successores pro tempore existentes in archiepiscopos declaramus; ita quod ipsi absque alia de illarum ecclesiarum de novo facienda provisione, et præfectione, novum in de Cuba, et alterum in de Benecuela respective archiepiscopos præfectos esse intelligantur. Præterea eisdem archiepiscopis, suisque successoribus, ut ipsi, et illorum quilibet omnia et singula, que ad simi-

les archiepiscopos in eorum civitatibus, et diocesisibus ad archiepiscopale munus exercendum, de jure vel consuetudine, aut alias quoquomodo spectare, et pertinere solent, et debent, gerere, facere, exercereque libere et licite possint, plenam et omnimodam auctoritatem, tenore præsentium concedimus et impertimur.

§. 8. Alteras postmodum, videlicet s. Christophori de Havana, de Portorico, de Guayana, et Emeritensem respective episcopales ecclesias, jam per Nos ut supra a metropolitico jure, et respectiva subjectione suorum archiepiscoporum exemptas et liberatas, ad hoc ut ecclesiasticæ hierarchiæ in catholico orbe semper omnibus in rebus servetur ordo, illas nempe s. Christophori de Havana, et de Portorico in archiepiscopalis ecclesie de Cuba, alteras vero de Guayana, et Emeritensem, respective episcopales ecclesias, in alterius archiepiscopalis ecclesie de Benecuela respective suffraganeas assignamus, et prædictarum episcopaliarum ecclesiarum præsules, ac loca omnia, personasque tam ecclesiasticas quam laicas in earum respective diocesisibus existentes, pro tempore existentium archiepiscoporum antedictarum de Cuba et de Benecuela respective archiepiscopaliarum ecclesiarum, metropolitico jure per easdem præsentibus perpetuo subijcimus, atque supponimus.

§. 9. Quamobrem ut omnia et singula per has Nostras literas disposita executioni debitæ, absque longa mora demandentur, venerabili fratri Antonio S. R. E. presbytero cardinali de Sentmanat y Cartella nuncupato, patriarchæ Indiarum committimus, ut sive per se, sive per alium aut alios ab eo deputandum aut deputandos, quibuslibet interesse habentibus, præsentia Nostra decreta communicet, ac venerabilis fratris archiepiscopi s. Fidei consensum exquirat, omniaque agat, quæ ad plenarium singularum rerum consequendum effectum necessaria, et opportuna cognoverit. Nos enim, si præfatus archiepiscopus s. Fidei ad id assentiri irrationabiliter rennerit, ejusdem et aliarum quarumcumque ecclesiasticarum personarum assensum supplentes, illi ex nunc apostolica auctoritate derogatum esse declara-

Assignatio ecclesiarum suffraganearum.

Deputatio executoris apostolici.

mus ; prædictoque Antonio cardinali et patriarchæ amplam ad supradicta omnia integre exequenda tribuimus potestatem.

Clausula salutaris, et irritantes.

§. 10. Omnia autem et singula in hisce Nostris literis contenta, nullo unquam tempore, etiam ex eo quod causæ propter quas hæc gesta fuere, examinatæ, verificatæ, et approbatæ, ac antedictarum ecclesiarum antistites, earumque capituli et alii quicumque in eis interesse habentes, ad id vocati non fuerint, nec præmissis consenserint, sive alias ex quibuscumque causis juridicis, et legitimis, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio vel intentionis Nostræ, seu quopiam alio defectu notari, impugnari, retractari, in jus vel controversiam revocari, ad terminos juris reduci, vel adversus illas quodcumque juris vel facti, aut gratiæ remedium etiam aperiitionis oris impetrari posse; nec sub quibusvis similium vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus per Nos, seu Romanos pontifices successores Nostros sub quibusvis expressionibus et formis etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus pro tempore faciendis comprehendere cultus et ecclesiastici ordinis decore et augmento concessas semper ab illis excipi, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere debere. Sicque per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vicelegatos, aut nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate et auctoritate iudicari, et definiri debere mandamus, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari irritum prorsus et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 11. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, nec non quorumcumque Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum super auctoritate, et usu pallii editis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, omniumque et singularum super expressarum, tam archiepiscopalium,

Bull. Rom. Tom. XII. F. 74.

quam episcopalium ecclesiarum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis eisdem ecclesiis, illarumque respectivis præsulibus, nec non dilectis etiam filiis illarum capitulis et canonicis, aliisque personis etiam speciali mentione dignis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus et insolitis clausulis, nec non irritantibus et aliis decretis etiam motu pari, ac consistorialiter, aut alias quomolibet etiam pluries concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, earumque totis tenoribus specialis, expressa et individua mentio, seu quævis alia expressio habenda foret: tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum nihil peccitus omisso, et forma in illis tradita observata, præsentibus inserti forent, pro sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, latissime, plenissime, ac specialiter et expresse motu pari hæc vice derogamus, contrariis quibuscumque.

§. 12. Præterea volumus quod earundem præsentium transumptis etiam impressis, caractere notarii publici subscriptis, et sigillo alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, et extra illud adhibeatur, quæ iisdem præsentibus adhiberetur, si exhibitæ forent vel ostensæ.

Fides habenda transumptis.

§. 13. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ disjunctionis, divisionis, separationis, abdicationis, erectionis, subjectionis, decreti, statuti, mandati, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem anno incarnationis Domini millesimo octingentesimo tertio, octavo kalendas decembris pontificatus Nostri anno quarto.

Sanctio poenalis.

Not. die
29 novembris
1803
anno LV.

CCLIV.

Communicantur nuncio apostolico Hispaniarum facultates ad restituendam regularem observantiam in provincia sancti Joannis Evangelistæ in insulis Azoriis ordinis minorum sancti Francisci de observantia.

Venerabili fratri Laurentio
Archiepiscopo Nisibensi
Nostro, et apostolicæ Sedis,
in Portugalliæ, et Algarbionum
regnis nuncio.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam
benedictionem

Expositio præ
cum.

§. 1. Exponi nuper fecerunt Nobis dilecti filii minister provincialis, et definitores moderni fratrum ordinis s. Francisci de observantia nuncupatorum provinciæ s. Joannis Evangelistæ in Azoriis insulis Agrensensis diocesis, quod ipsi magna cum amaritudine cordis plures in eandem provinciam irrepsisse inveniuntur abusus, præsertim adversus paupertatis vota, et disciplinæ regularis præcepta, cum eo usque perventum sit, ut linea sub habitu indusia gestentur, et nummi tanquam proprii retineantur, ac non sine etiam aperto dedecore dissipentur. Hinc ne per exempla hujusmodi palam grassantia laxiores fiant in diem habentæ conscientis, zelo ipsi religiose observantiæ incensi validum tanto malo, ac in tanta regionis distantia opportunum a Sede hac apostolica efflagitantes remedium, Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut providere sibi, ac ut infra indulgere, de apostolica benignitate dignaremur.

Tenor concess
sionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes, eorumque singulos specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa laicis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuæ per præsentem committimus, et mandamus, ut constituto tibi

prius de narratis, eisdem exponentibus per ea, quæ magis quoad præmissa ad regulam, et professionem religiosam in utriusque sexus cœnobiiis, et monasteriis predictæ provinciæ subjectis non modo strenue reparandam, sed sacram quoque tectamque tuendam expedire in Domino duxeris auctoritate Nostra apostolica pro tui arbitrio, et prudentia provideas, sive per te ipsum statuendo, atque mandando, sive eis auxilium impendendo, et potestatem communicando; Nos enim tibi facultates omnes, quæ ad id opus sunt, eadem auctoritate tribuimus, et impertimur.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum inseritis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima nona novembris millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Derogatio con
trariorum.



Dat. die
2 decembris
1803
anno IV.

GCLV. **Facultas dignitatibus, et canonicis cathedralis Pratenſis, utendi bugia in perpetuum.**

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. In summo apostolatus apice, meritis licet imparibus, constituti personarum etiam in celebrioribus ecclesiis Altissimo famulantium, deque Nobis, et hac sancta Sede benemerentium decori, et honorificentiae libenter consulimus.

Expositio precum.

§. 2. Cum igitur, sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii modesti dignitates, et canonici ecclesiae cathedralis Pratenſis, ipsa cathedralis ecclesia antiquitatis laude, sacrarum suppellectilium copia, populi christiani devotione, et frequentia, atque sacerdotum probitate, et doctrina, vel difficillimis temporibus probata non mediocriter floreat, non parum splendoris ad eam accederet, ac divinus cultus, populique devotio majora ibi susciperet incrementa, si dignitates, et canonici praedicti aliqua nova praerogativa, et honorificentia per Nos, et hanc apostolicam Sedem, donentur. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur attentis desuper venerabilis fratris Francisci episcopi Pratenſis commendationibus, ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, dignitatibus, et canonicis dictae cathedralis ecclesiae Pratenſis nunc, et pro tempore in perpetuum existentibus, ut palmari, vulgo bugia in sacris tam privatim, quam solemniter faciendis, ac in aliis presbyteralibus functionibus quibuscumque uti libere, et li-

cite possint, et valeant, et quilibet eorum possit, et valeat, auctoritate apostolica, tenore praesentium, tribuimus, et impertimur, dictosque dignitates, et canonicos desuper a quoquam impediri, et molestari, aut perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

aliqui
dumque
1803

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, dictae cathedralis ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogationum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die secunda decembris millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Derogatio contrariorum.



Dat. die
2 decembris
1803
anno IV.

CCLVI.

Facultas missionariis missionum de Fiorillo civitatis Neapolitanæ utendi quibusdam privilegiis, et facultatibus in exercitio missionum in perpetuum.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Expositio pre-
cum.

§. 1. **Q**uam nuper Nobis expositum sit nomine dilecti filii Josephi De Angelis Caruso ordinis fratrum Prædicatorum ex-provincialis, rectorisque ad præsens sacrarum missionum, quæ, ut supponitur, s. Dominici majoris civitatis Neapolitanæ conventui adnexæ, et a piæ memoriæ Ludovico Fiorillo ordinis ejusdem alumno sub s. Vincentii Ferrerii patrocinio extant canonicè institutæ, spem haud inanem adesse, ut e missionibus hujusmodi multo uberiores in vicia Domini fructus colligi queant, si earum operarii indulgentiis, privilegiis, et facultatibus præsertim absolvendi a reservatis æque fulciantur, ac fulciti, sicut asseritur, anno 1723 et 1728 per apostolicas fel. rec. Innocentii pp. XIII. et Bened. pp. XIII. prædecessorum Nostrorum, in simili forma brevis expeditas literas isthuc fieri tum missionarii, quos vocant, de sancta Maria Regina Apostolorum, tum ii, qui et de s. Georgio, et de P. Favone nuncupantur.

Tenor concessio-
nis.

§. 2. Nos ordinis ac institutionis præmemoratæ missionariis toto, quo cum Domino possumus, animo præsto esse cupientes, ipsosque, ac ipsorum singulos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrierint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinatis, iisdem missionariis, ut in exercitio suarum missionum omnibus, et singulis privilegiis, et facultatibus absolvendi a reservatis, nec non gratiis et indultis, quibus alii aliarum superius recensitarum institutionum missionarii vigore apostolicarum li-

terarum, ut præfertur, utuntur, fruuntur, et gaudent, simili, ac eodem plane modo, juxta tamen literarum earumdem dispositionem et formam, uti, frui, et gaudere libere, licite, ac perpetuo possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, ac indulgemus.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub anulo piscatoris die sexta decembris millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Derogatio con-
trariorum.

CCLVII.

Dat. die
15 decembris
1803
anno IV.

Privilegia, et immunitates concessa militibus provincialibus status Ecclesiastici.

Pius PP. VII.

Motu proprio

§. 1. **L**e stesse ragioni, che ci hanno determinato a procedere ad un nuovo impianto delle così dette milizie urbane, a seconda del piano formatone dalla congregazione militare, e che abbiamo pienamente approvato, ci hanno del pari indotto a stabilire de' nuovi privilegi, ed esenzioni in favore degl' individui, che saranno in esse per arrolarsi, i quali nuovi privilegi prenderanno il luogo di quegli accordati alle antiche milizie dai Nostri predecessori, e che per la sopravvenienza delle note vicende rimasero già fin da quell' epoca al pari delle milizie stesse soppressi, ed aboliti; prevenendo in tal guisa la riforma, che per gli abusi introdottisi e nel detto corpo, e nell'esercizio degli stessi privilegi, era la sa. mem. di Pio VI. nella determinazione di eseguire. Per vieppiù animare la nuova truppa all' esatto disimpegno de' propri doveri, servendo opportunamente all' oggetto della di lei istituzione, abbiamo voluto fra gli altri privilegi aggiungervene ancora taluno, che sia per la medesima di un qualche reale vantaggio nella personale esenzione dalla quota forzosamente

Ratio concessio-
nis.

del sale, e dell'altra dalla gabella del macinato.

Tenor privilegiorum.

§. 2. I privilegi pertanto, de' quali verrà loro inviolabilmente mantenuto il possesso, sono i seguenti.

I.

Honores militares.

§. 3. Gli onori militari eguali in tutto alla truppa di linea, durante l'effettività di servizio,

II.

Privilegium fori.

§. 4. Privilegio del foro non solo per le mancanze in servizio, ma per i delitti anche comuni, che si commetteranno allorchè si trovano in effettivo esercizio della milizia »

III.

Forma servanda in carceratione militum.

§. 5. Quando dal tribunale civile si esigesse l'arresto d'un individuo militare in que' luoghi, ne' quali risieda un ufficiale, sino al sargente esclusivamente, sarà cura del giudice locale farlo eseguire, per quanto sia possibile, dal militare stesso, prestandosi il capo della truppa esistente in luogo ad ogni richiesta sotto gravissime pene in caso di contravvenzione. Quando però le circostanze del luogo, o del caso non permettano d' eseguirlo, che per mezzo degli esecutori locali del governo, dovrà il giudice darne immediatamente ragguaglio al superiore militare, perchè questi, occorrendo, abbia la cura, che il soldato non sia aggravato »

IV.

Retentio eorum in guardia loco, et vice carceris.

§. 6. I militari, che per le mancanze in servizio verranno puniti dal loro superiore, saranno per l'oggetti tenuti in arresto nel locale, che servirà loro di corpo di guardia. Per gli altri delitti poi dipendenti dalla giurisdizione civile verranno consegnati alle pubbliche carceri. Nel primo caso dovrà l'arrestato mantenersi a proprie spese, e nel secondo a carico della rev. camera, come gli altri detenuti »

V.

Exemptio a solatione provinciali.

§. 7. In tutte le cause, senza eccezione alcuna, i militari provin-

ciali non pagheranno che la metà delle stabilite propine, »

§. 8. Continueranno a godere, come in passato, del privilegio della così detta pace in termini »

Privilegium pacis.

VII.

§. 9. Sarà esente l'arrolato da tutte le gravezze comunitative riguardanti la persona »

Exemptio a taxis personalibus.

VIII.

§. 10. Godrà l'esenzione personale della quota forzosa del sale »

Liberatio a receptione salis.

IX.

§. 11. Sarà del pari esente, sempre però la sola di lui persona, dalla gabella del macinato per mezzo rubbio di grano all'anno »

Item de macinato.

X.

§. 12. Verrà permesso di portare l'arme, di cui dev' essere un militare fornito a seconda del rango, cioè il soldato del fucile, e bajonetta di fazione, ed i bassi ufficiali della sciabla, proibendosene qualunque altra, che non sia propria per l'armamento d'un militare »

Jus gestandi arma.

XI.

§. 13. Sarà concesso di portar l'archibugio andando a caccia, esclusi però i soliti tempi proibiti, ed i luoghi riservati con legittimo privilegio »

Idem ut supra

XII.

§. 14. Potrà l'arrolato ottenere dopo anni 25. di fedele servizio un' onorifico ritiro dalla truppa, godendo sua vita naturale durante de' privilegi sopraindicati »

Privilegia fructuanda post cessationem muneris.

XIII.

§. 15. Finalmente de' privilegi suddetti non ne potranno godere, che i soli arrolati nella truppa provinciale della nuova ascrizione, esclu-

Declaratio specialis.

«dendosi dal godimento de' medesimi le sopresse milizie»

Clausule salu-
tores, et irri-
tantes.

§. 16. Ordiniamo pertanto, ed espressamente comandiamo in virtù di santa obbedienza, e sotto pena della disgrazia Nostra, ed altre pene ad arbitrio Nostro, a tutti i legati ancorchè di latere, vice-legati, governatori, commissarij, podestà, fiscali ed esecutori, ed altri ministri ed ufficiali di giustizia del Nostro stato Ecclesiastico, che non ardiscano in qualsivoglia modo, nè sotto qualsivoglia pretesto, colore, o causa contraveniente direttamente, o indirettamente a questi privilegi ed esenzioni, o turbare, o violare la loro disposizione con derogazione o in altro modo, ancorchè incognito, ma debbano inviolabilmente e puntualmente osservarli e farli osservare da tutti a chi spetta ad unguem come stanno senza alcuna estranea dichiarazione, o interpretazione, la quale interpretazione in ogni caso, e dubbio che vi fosse riserviamo a Noi, ed ai Nostri successori, che saranno pro tempore. Volendo che non siano compresi ne' bandi generali, senz'ordine Nostro espresso sotto qualsivoglia pretesto, che da nessun'altro per qualsivoglia autorità, dignità, e preminenza che abbia si possa in tutto o parte derogarli, nè opporre contro di essi difetto della Nostra intenzione, o qualsivoglia altro difetto, e mancamento di ragione, o di fatto, ai quali tutti suppliamo colla pienezza della Nostra potestà. Volendo che contro detti privilegi, e cose contenute in essi non possa per tempo alcuno opporsi, nè dirsi cosa alcuna, e così si debba, e non altrimenti giudicare da tutti ancorchè cardinali di S. R. C. e legati de latere ed altri etc., levata a ciascuno di essi la facoltà, e potestà di poter giudicare altrimenti, irritando ed annullando ciò che fosse fatto in contrario.

Derogatio con-
tracitorum.

§. 17. Non ostante qualsivoglia costituzione apostolica, e massime quella di Pio IV. di registrare infra certo tempo le concessioni, e grazie, che concernono in qualsivoglia modo l'interesse della Nostra camera, ed altre costituzioni ed ordinazioni apostoliche, regole di cancellaria, massime quella *de jur. quæ. non tollendo* in quanto bisognasse per la validità de'

detti privilegi, esenzioni ed altre ordinazioni, privilegi, leggi e statuti ancorchè giurati e confermati più volte da Noi, e Nostri predecessori con clausole, e decreti irritanti ed altre amplissime derogazioni, alle quali tutte, avendo Noi il loro tenore qui per espresso, ed inserito di parola in parola, restando peraltro ferme ed in loro vigore, deroghiamo espressamente, ed in individuo, ed in ogn'altro miglior modo che possiamo.

§. 18. Volendo che alli transunti della presente stampati e sottoscritti da qualsivoglia notaro pubblico, e sigillati con il sigillo di qualche persona costituita in dignità ecclesiastica, se gli dia quella fede, che all'originale stesso. Dato dal Nostro palazzo apostolico Quirinale li 15. dicembre 1803.

Fides habenda
da transumptis.

PIUS PAPA VII.

CCLVIII.

Dat. die
16 decembris
1803
anno IV.

Extensio concessionis suppleudi vices
ministri generalis in quibusdam
gradibus distribuendis pro hac vice
pro ministro provinciali ordinis
Prædicatorum provincie s. Antonii
novi regni Granatensis.

Dilecto filio
moderno ministro provinciali
fratrum ordinis Prædicatorum
provincie s. Antonii novi regni
Granatensis in Indiis.

Pius PP. VII.

Dilecte fili
Salutem, et apostolicam
benedictionem.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecisti, quod paulo ante sub certis modo, et forma tunc expressis auctoritate apostolica tibi indulsimus, ut in locum ministri generalis tui ordinis (jamdiu generalatus officio hujusmodi vacante) quosdam istius tue provincie et ordinis professores ad ministerii, et præsentaturæ gradus admittere, et promovere libere, et licite posses, et valeres, ac alias,

Expositio, præ-
cum.

prout in Nostris desuper in simili forma brevis die xxix superioris mensis novembris, quarum tenorem presentibus, pro plene, et sufficienter expresso, et inserto haberi volumus fusius continetur. Verum quia, sicut in eadem expositione additum erat ad rem plane conficiendam alios quoque fratres, quorum merita in capitulo provinciali jam sunt adprobata, vel adprobanda erunt, ad alios infrascriptos gradus per te pariter evehere posse plurimum desideras; Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur te specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, ac singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, tibi, ut pro hac vice dumtaxat in locum dicti ministri generalis adhuc vacantis dilectos filios Ignatium Busto in magistrum pulpiti, Augustinum Turrigos, Ignatium Ruiz, et Firminum Zabala in praesentatos, Emmanuelem Neyra, Joachimum Buvitrigo, Tiburtium Torres, et Antonium Collegas in praedicationes generales: Antonium Salazar, et Dominicum Obregon in praedicationes pariter generales sub titulo missionum assumere, et promovere; ac demum, si, et quando per dictum capitulum provinciale aliorum quatuor fratrum merita respective fuerint adprobata ad unam praedicationem generalem obtinendam, et ad unam aliud missionum magisterium, duasque praesentaturas sub eodem missionum titulo ad praesens vacantia, et pro quibus nemo in ultimo capitulo provinciali fuerat adprobatus, iidem assumere, ac novum etiam praedicatorum generalem, novumque missionum magistrum, duosque praesentatos hujusmodi promovere cum omnibus, et singulis praeminentiis, privilegiis, exemptionibus, juribus, facultatibus, honoribus, et oneribus cuilibet ex gradibus praedictis com-

Bull. Rom. Tom. XII. F. 74.

petentibus respective solitis, et consuetis, libere, et licite possis, et valeas; servata in reliquis praecedentium Nostrarum literarum forma, et dispositione, auctoritate apostolica, tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

§. 3. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quae in memoratis Nostris literis volumus non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima sexta decembris millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Derogatio contrariorum.

CCLIX.

Dat. die
16 decembris
1803
anno IV.

Confirmatio decreti cardinalis De Somalia protectoris ex motu proprio pro Raymundo Giovannini praesidente generali provinciae Romanae ordinis monachorum Cistercensium.

Pius P.P VII.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Pastoralis Nostra sollicitudo exigit, ut religiosorum virorum quieti, et concordiae quantum cum Domino possumus, consulamus. Cum itaque, sicut Nobis dilectus filius Raymundus Giovannini monachorum ordinis Cistercensium provinciae Romanae praeses generalis nuper exponi fecit, postquam per Nostras in simili forma brevis die xxi julii MDCCCI. expeditas literas dicti ordinis monasterium s. Crucis in Hierusalem de urbe dictae provinciae univimus, et incorporavimus, demandata etiam electione novi abbatis ejusdem monasterii ob expiratum quinquennale gubernium dilecti filii Alani Bagatti ipsius monasterii abbatis tunc absentis excitatione fuerint ab eodem abbate Alano nonnullae querelae, ad quas sedandas per dilectum filium nostrum Julium Mariam Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalem De Somalia nuncupatum ejusdem ordinis protectorem die xi. septembris ejusdem anni rescriptum emitti mandavimus, quo non solum in dictis No-

Expositio praecum.

stris literis disposita servari jussimus, sed etiam, abrogata interiora deputatione ejusdem abbatis Alani in procuratorem generalem totius ordinis, subrogavimus in eodem officio, donec, et quoad novum desuper consilium suscepissemus, procuratorem generalem pro tempore existentem dictae provinciae Romanae; cumque dictus Alanus hisce dispositionibus minime acquiesisset, praevis debitis licentiis, re integra ad congregationem venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium praepositam delata, atque in plena congregatione expensa die ii. aprilis MDCCCII. prodit resolutio confirmatoria incorporationis dicti monasterii sanctae Crucis ad formam Nostrarum literarum, itemque constitutum, servandam esse electionem dilectorum filiorum abbatis denominati Castilia in novum abbatem dicti monasterii, et deputationem alterius abbatis Joannis Colombini Fatteschi procuratoris generalis provinciae Romanae in procuratorem generalem totius ordinis ad Nostrum, et hujus s. Sedis beneplacitum, ac in reliquis ad ejusdem congregationis mentem; mens autem fuit quod dictus Alanus, si aggregari voluerit provinciae Romanae, provideretur suo loco, et tempore de aliqua abbacia, attentis ejus personalibus meritis, ac praeterea, si aliqui ex monachis provinciae Longobardinae institerint pro aggregatione provinciae Romanae, admitterentur, ac opportune per ipsius provinciae monasteria distribuerentur. Cumque ne huic quidem resolutioni acquiescisset dictus Alanus, novam audientiam impetravit, quin tamen adhuc quidquam novi juris in contrarium deduxerit: atque interim de Nostra voluntate monitus pro ejus deputatione in abbatem monasterii ss. Fabiani, et Sebastiani extra urbem eidemque proposita conventionem a dicto procuratore generali Fatteschi nomine etiam praesidentis, et regiminis provinciae Romanae de annua pensione trecentorum quinquaginta scutorum ipsi subministranda pro fructibus dictae abbacie juxta apocam die xiii. novembris MDCCCII. subscriptam; idem Alanus acceptavit pensionem hujusmodi cum protesta-

tione, sine praedictio suorum jurium in causa, et adhuc recusat se gerere velle, uti abbas dicti monasterii ss. Fabiani, et Sebastiani. Cum autem ex hujusmodi dissentionibus scandala, et incommoda in dicta congregatione oriantur.

§. 12. Nos malis hujusmodi firmum, et perpetuum remedium afferre, dictumque praesidentem, aliosque monachos hujusmodi specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, non ad aliquis preces Nobis super iis, quae infra statuimus, oblatas, sed motu proprio, ac certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, causam, seu causas, et questiones hujusmodi obtruncantes, dicto Alano abbati perpetuum silentium super praemissis indicimus, quaestionesque praedictas nullo unquam tempore coram memorata, et alia quacumque Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium congregatione, aut quolibet Romanae curiae iudice, et tribunali, vel apostolico delegato proponi, et agitari posse decernimus, et mandamus; atque incorporationem praedictam monasterii s. Crucis, dictaeque cardinalium congregationis resolutionem, declaratamque mentem confirmantes cum aggregatione facta ejusdem Alani provinciae Romanae, ejusque deputatione in abbatem monasterii praedicti ss. Fabiani, et Sebastiani ad futurum usque capitulum generale dictae provinciae cum plena administratione bonorum, et reddituum ejusdem monasterii conventionem praedictam annuae pensionis trecentorum quinquaginta scutorum sine apostolico beneplacito factam motu, et potestate similibus delemus, et abrogamus, irritamque decernimus, eidemque abbati Alano residendi in dicto monasterio ss. Fabiani, et Sebastiani, vel in quovis alio monasterio dictae congregationis in urbe ad sui libitum eligendo, excepto semper monasterio s. Crucis in Hierusalem, facultatem concedimus, ita tamen, ut constita-

Tenor motus proprii editi pro imponendo silentio juris excitatis ab abate Alano, qui praepositur monasterio ss. Fabiani, et Sebastiani de urbe cum certis legibus.

tionēs; ac decreta capitularia provincie Romanæ servare, ac superioribus ejusdem, ut reliqui ejusdem provincie monachi abbates, parere, atque ad regimen, et administrationem dicti monasterii ss. Fabiani, et Sebastiani, ut abbatem decet, incumbere omnino debeat, ac teneatur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsententes literas, et in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, neque causæ, propter quas ipsæ præsententes emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, et justificatæ fuerint, aut ex alia quacumque, quantumvis legitima, juridica, et privilegiata causa, et capite etiam in corpore juris clauso nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensus, alioque quolibet, quantumvis magno, et substantiali, ac individuum expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, aut ad terminos juris rednci, seu adversus illas quodcumque juris, et facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato, aut etiam ex motu proprio, et ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine concessio, quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare, sed ipsas præsententes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suumque plenarium, et integrum effectum sortiri, et obtinere, atque illis ad quos spectat, et quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodaliibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non congregationis, et ordinis hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel

quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indulgis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus et singulis illorum tenores, præsentibus, pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub anno piscatoris die decima sexta decembris millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCLX.

Dat. die
23. decembris
1803
anno IV.

Confirmatio duorum decretorum a d. card. vicario urbis editorum super incorporatione oblatarum s. Rufinæ, et destinatione bonorum monasterii sanctissimæ Crucis ad Longariam de urbe.

Pius PP. VII

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Nobis nuper exposuit dilectus filius Noster Julius Maria Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter cardinalis de Somalia nuncupatus in alma urbe Nostra vicarius in spiritualibus generalis, quod ipse juxta Nostram sibi prævie declaratam mentem duo edidit decreta, in quorum primo die xii. superioris mensis maii constituit, ut in oblatarum monasterium sanctæ Rufinæ trans Tyberim, ubi vix quinque tantum religiosæ mulieres remanserant, transferrentur, et narentur aliæ undecim oblatæ, et tres famulæ tunc in alio fere simili monasterio sanctæ Crucis ad Longariam, quæ una cum primodicti monasterii oblatiis unum corpus in posterum efficerent sub eodem

Expositio primi decreti editi a cardinali vicario pro unione duorum monasteriorum.

institutum, et regula, quin ad eas regulas, quas antea professæ fuerant, servandas amplius tenerentur; ac pro translationum hujusmodi receptione, et mantentione eidem sanctæ Rufinæ monasterio domum in platea sancti Calixti sitam, aliamque parvam adjacentem domum numeris 9., et 10. notatas, ambasque simul tribus millibus septingentis viginti duobus scutatis monetæ Romanæ æstimatas cum aliqua suppellectili arbitrio suo specificanda, et tradenda tribuit in perpetuum, et assignavit: ac præterea pensionem annuam septuaginta duorum scutorum ejusdem monetæ pro unaquaque oblata, et sexaginta pro unaquaque famula hujusmodi ad earum vitam dumtaxat respective duraturam dicto sanctæ Rufinæ monasterio solvendam esse ex redditibus relictæ monasterii sanctæ Crucis decrevit.

Tenor secundæ decreti ab eodem cardinali editi super gubernio, et jurisdictione monasterii sanctæ Crucis ad Longariam.

§. 2. In altero vero decreto die xxii. superioris mensis septembris successive constituit, ut in dicta domo sanctæ Crucis gynæceum, seu mulierum hospitium restituatur, ac eadem domus perpetuis futuris temporibus juxta suam primævam institutionem adhibeatur ad recipiendas mulieres, tum, quæ anteactæ vitæ ultro pœnitere velint, tum, quæ ibi a superioribus ecclesiasticis collocabuntur, non tamen publica infamia notatæ; ad quem effectum constituit pariter, et assignavit omnia, et singula bona tam stabilia, quam mobilia, jura, redditus, et actiones ad ipsam domum quomodolibet pertinentia, prædictis duabus domibus exceptis, et supportatis oneribus adiectis, solutisque pensionibus prædictis. Gynæcei autem, seu piæ domus hujusmodi sanctæ Crucis spirituale regimen, et æconomicam administrationem commisit dilectorum filiorum Nostrorum almæ urbis Nostræ parochorum collegio, a quo per modernos, et pro tempore in perpetuum existentes officiales secretæ eorundem parochorum congregationis exerceatur, ita tamen, ut jurisdictioni ipsius cardinalis vicarii, ejusque vicesgerentis nunc, et pro tempore in perpetuum existentium dicti officiales subesse debeant, atque eisdem vicario, et vicesgerenti administrationis, et regiminis hujusmodi rationem quotannis, vel quoties dictis superiori-

bus placuerit, reddere teneantur. Com autem sicut idem Julius Maria cardinalis Nobis exponere perrexit, quo decreta prædicta firmiter subsistant, et serveant exactius, apostolicæ Nostræ confirmationis subsidio muniri summopere desideret.

§. 3. Nos ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, ambo decreta prædicta, ac omnia, et singula in eorum utrisque contenta, et expressa auctoritate apostolica, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis, ac perpetuæ apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper in eis quomodolibet intervenerint, supplementis, et sanamus.

§. 4. Decernentes easdem præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostræ apostolicæ auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictorum monasteriorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima tertia decembris millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostræ anno quarto.

Confirmatio apostolica.

Clausula sublata, et decretum irritans.

Derogatio contrariorum.

Dat. die
23 decembris
1803
anno IV.

CCLXI.

Suppressio beneficii simplicis ejusque applicatio in perpetuum archipresbyteratui terræ Ficulle Urbeveta-
næ diocesis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Expositio pre-
cum.

§. 1. Nuper exponi Nobis fecerant dilecti filii Joseph Bellucci archipresbyter, et capitulum insignis, ut asserunt, collegiatae ecclesiae s. Mariæ Novæ de terra Ficulle Urbeveta-
næ diocesis, nec non ejusdem terræ populus, quod archipresbyteratus prima dignitas enunciatae ecclesiae præter chori servitium habet quoque adnexam sibi curam animarum, sed ejus congrua adeo est modica et tenuis, ut quandoque concurrentium defectu vacuus diu ac derelictus permanserit. Hinc ne id amplius contingat tanto cum detrimento communi, cupiunt exponentes congruum archipresbyteratus hujusmodi pingue fieri ecclesiastico beneficio simplici, quod sub invocatione sanctæ Christianæ in ecclesia ss. Annunciatæ extra portas Ficulle extat erectum, et affert in annum fructum scutata centum et septuaginta tria, obulosque sexaginta, oneribus tamen non computatis, quæ ad scutata quindecim circiter ascendere perhibentur, scilicet beneficium istud, quum primum vacare evenerit, (nam de præsentis a dilecto filio Innocentio Mercanti urbis presbytero possidetur) uniri per Nos etiam cum pensionis onere aliquo, et incorporari in perpetuum archipresbyteratui prædicto: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessio-
nis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eosque omnes ac singulos a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurreriat hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus earum nomine Nobis humiliter porrectis in-

clinati, beneficium simplex prædictum si et quando per obitum, cessionem, renunciationem, aut alia quacumque ex causa prænominati Innocentii, qui ejusdem ad præsens possessor est, ut præfertur, vacare contigerit, ex nunc pro tunc, et e contra auctoritate apostolica tenore præsentium suppressimus in perpetuum, illiusque bona et jura omnia, nec non omnes, et singulos fructus, redditus, et proventus prænominato archipresbyteratui in congruæ augmentum perpetuo applicamus, ita tamen ut archipresbyteri protempore universa et singula hujusmodi beneficii onera, quæ sarta tecta esse, ac fore decernimus, debeant omnino semper explere, ac annuam pensionem scutorum centum monetæ Romanæ, quam super ejusdem beneficii fructibus, redditibus, et proventibus favore personæ per Nos, et apostolicam Sedem nominandæ auctoritate et tenore prædictis imponimus, ac reservamus perpetuis futuris temporibus teneantur persolvere.

§. 3. Decernentes ipsas præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, atque iis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Non obstantibus, quatenus opus sit, recentis memoriæ Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non regulis cancellariæ Nostræ de jure quæsito non tollendo, ac dicti beneficii erectione, juribus, et privilegiis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis,

Derogatio contrariorum.

et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habeatis, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die vicesima tertiodecembri millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCLXII.

Dat. die
23 decembris
1803
anno IV.

Deputatio trium parochorum in administratores perpetuos cujusdam collegii terræ de Ascona Comensis diœcesis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium

§. 1. In summo apostolatus apice, meritis licet imparibus, constituti, illud etiam curandum Nobis esse arbitramur, ut puerorum, seu juvenum collegia pro eorum animis ad religionem, et bonas artes informandis bene sapienterque erecta, serventur, et floreat.

Expeditio præmissorum.

§. 2. Cum itaque sicut Nobis nuper dilecti filii moderni reipublicæ Helveticæ catholici moderatores exponi fecerunt, juvenum, seu adolescentum, et puerorum collegium in oppido de Ascona Comensis diœcesis a bo. me. Bartholomæo Papio per suas testamentarias tabulas an. MDLXXX institutum, atque claræ memoriæ cardinalis Orsini nuncupati fidei, et jurisdictioni commissum, successive autem a fel. rec. Urbano VIII. prædecessore Nostro pro meliore ejus regimine per suas in simili forma brevis die xii. martii MDCXXIV. tunc, et pro tempore existentis archiepiscopi Mediolanensis curæ et administrationi creditum, atque ineunte tempore ab archiepiscopo hujusmodi dilectis filiis oblati sancti Sepulchri civitatis Mediolanensis per subdelegationem commissam sub omnimoda ejusdem archiepiscopi dependentia, ita nunc demum a pristino suo

statu exciderit, ut ad illud restituendum, et servandum pro temporum, rerumque mutatione subdelegatos hujusmodi administratores per Nos, et hanc apostolicam Sedem immutari, aliosque novos ex eodem oppido deligi maxime expediat, qui præsentibus melius, quam absentes ejusdem collegii utilitatibus prospicere valeant. Nobis propterea dicti exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur eorumdem moderatorum zelum plurimum in Domino commendantes, piis eorum votis annuere volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati prævia sanatione super quocumque defectu, quatenus infrascripti parochi ejusdem collegii curam jam suscepissent, præviaque convalidatione singulorum contractuum, aliarumque dispositionum ad dictum collegium spectantium ab ipsis recte initarum, loco oblatores prædictorum in subalterno regimine, et administratione memorati collegii dilectos filios archipresbyterum Julium Cæsarem Caglioni, et theologum Joannem Antonium Zeanettini, ac pœnitentiarium Josephum Mariam Pancaldi dicti oppidi parochos, eorumque respectivos in archipresbyteratu, et paræciis hujusmodi successores in perpetuum eodem modo, et forma, quo dicti oblatores ipsum collegium administrabant, et regebant, sub omnimoda tamen dependentia, et subordinatione nunc, et pro tempore in perpetuum existentis archiepiscopi Mediolanensis tum quoad morale, et doctrinale juvenum regimen, tum etiam quoad economicum, auctoritate apostolica, tenore præsentium constituimus, et deputamus, firma in reliquis remanente dictarum Urbani prædecessoris literarum forma, et dispositione.

§. 4. Non obstantibus in præmissis ejusdem Urbani prædecessoris literis, ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non, quate-

Denot. concessio-
sionis.

Derogatio con-
trariorum.

nus opus sit, collegii ipsius etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis stantibus, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore pertransuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima tertia decembris millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCLXIII.

Dat. die
13 januarii
1804
anno IV.

Iustante marchione Carolo Massimi de urbe mandatur, ut archipresbyteri terræ Arsoli teneantur in perpetuum semel in mense ad officium defunctorum, et missam de requiem cum cantu; eorum vero cappellanus ad celebrationem missæ in quadam ecclesia, et hora, statisque hebdomadæ diebus.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Nuper Nobis exponi fecit dilectus filius marchio Carolus Massimo de urbe, vacare in præsens in terra de Arsoli Tiburtinæ diocesis archipresbyteratum curatum, qui, prout asserit, de jure est patronatus sive familie: se autem zelo augendi suffragia animabus defunctorum fidelium optare quamplurimum, ut ante novam nominationem, seu præsentationem ad archipresbyteratum hujusmodi per se, uti familie primogenitum

faciendam prædisponatur a Nobis de onere saxe, haud gravi, quo futuri archipresbyteri terræ prædictæ teneantur in perpetuum unum officium defunctorum, unamque missam de requiem cum cantu, et assistentia quatuor presbyterorum in aliquo dierum cujuscumque mensis ad libitum recitare, et celebrare, sumpibusque ceræ tantum ad id necessariæ subjacere; nam quod insuper opus fuerit pro interventu presbyterorum, et pro quatuor similibus missis sine cantu eodem itidem die per eos celebrandis, se exponens proprio suppleturum ære promittit; qui rursus ad spirituale subsidium terræ ejusdem incolarum, qui mane in agros, agrorumque labores egrediuntur, æque desiderat, ut cappellanus pro tempore, quem archipresbyter habere, ac ex redditibus binarum cappellaniarum jam ad id, ut supponit, apostolica auctoritate unitarum alere debet, teneatur et ipse quarta, et sexta feria cunctis in hebdomadis anni missam celebrare in ecclesia sancti Laurentii, quæ ibidem multo est commodior agricolis, absque nullo tamen onere applicationis, sed hora solummodo eis, prius quam in campos discedant, opportuna: Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus, prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrent, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter correctis inclinati, ut accedente consensu primi archipresbyteri ad prædictam ecclesiam curatam nominandi, seu præsentandi tam ipse, quam cæteri ipsius successores in perpetuum aliquo ad libitum die cujuslibet mensis non impedito ad unum defunctorum officium recitandum, unamque missam, de requiem, celebrandam pro fidelibus defunctis cum cantu, et assistentia præmemoratis, ac ad ceræ tantum expensas pro officii, et missis hujusmodi perferendas; nec non ut dicti cappellani per-

Tenor conc
sionis.

Expositio præ
cuni.

petuis futuris temporibus ad missæ celebrationem, quæ tamen applicatione eis libera sit, diebus (sed non sexta feria majoris hebdomadæ) ecclesia, et hora suprarecensitis, obligentur, ac obligati permaneant, auctoritate apostolica tenore presentium statuimus, atque decernimus, ac eidem exponenti dictos archipresbyteros, et cappellanos sic, ut præfertur, obligandi licentiam, et facultatem, qua indiget, tribuimus, atque impertimur; ea tamen sub lege, ut tam ipse, quam sui successores patroni pro tempore superius promissos sumptus de proprio tribuendos tribuere, ac subministrare reapse semper teneantur, ac debeant, alioquin præsentis literæ nullius roboris sint eo ipso.

Clausula sub-
lata, et decre-
tum irritans.

§. 3. Decernentes easdem literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac iis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, et iudicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-
trarioium.

§. 4. Non obstantibus fel. rec. Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Ceterum per præsentis non intendimus supradictum juspatronatus in aliquo approbare. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima tertia januarii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quarto.



CCLXIV.

Dat. die
13 januarii
1804
anno IV.

Facultas confratribus sodalitiæ sancti Sepulchri Maceratensis aggregandi sodalitiæ etiam mulieres, quæ participant de ejus indulgentiis, ejusque sacco supervestiantur in morte.

Venerabili fratri
episcopo Maceratensi.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater salutem,
et apostolicam benedictionem.

§. 1. Exponi nuper fecerunt Nobis dilecti filii confratres sodalitiæ quod uti asserunt, sub titulo sancti Sepulchri ista in Maceratensi civitate legitime erectum existit, se quam plurimum cupere, ut eidem sodalitiæ etiam mulieres, præsertim ipsorum uxores ac natæ aggregari possint, fierique participes indulgentiarum, quibus ditatum est sodalitiæ, ac earum in morte ejusdem sodalitiæ sacco, quemadmodum sacr. stigmatum confraternitas isthæc habet in more pro consororibus suis, supervestiri: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune, providere, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et illorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine, Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuæ per præsentis committimus, et mandamus, ut veris existentibus prænarratis, eisdem exponentibus, ac eorundem successoribus adscribendi, et aggregandi juxta tamen formam per te præfigendam sodalitiæ prædictæ etiam mulieres, quæ sic aggregate, et adscriptæ de indulgentiis sodalitiæ, ut præfertur, concessis participare, et defunctæ quam fuerit, sacco sodalitiæ indutas afferri libere, et licite valeant, licentiam et facultatem auctoritate No-

stra apostolica pro tui arbitrio et prudentia impertiaris.

Derogatio con-
trariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima tertia januarii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die
13 januarii
1804
anno IV.

CCLXV.

Declaratoria extensiva ad regulares super facultate sibi nuper concessa dispensandi, ut sui diœcesani pro oleo, adipe suino uterentur in condiendis epulis in diebus prohibitis pro r. p. d. moderno episcopo Aveirensi.

Venerabili fratri
Moderno episcopo Aveirensi.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater salutem,
et apostolicam benedictionem.

Expositio pre-
cuius.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecisti, quod dudum fraternitati tuæ sub certis modo, et forma tunc expressis, auctoritate apostolica, facultas tributa fuit dispensandi cum populis tuæ civitatis, et diœcesis in quadragesimæ, et aliis prohibitis temporibus, ut ipsi loco olei in epulis condiendis adipe porcino uti possent, et valerent, ac alias, prout in Nostriis de super in simili forma brevis die ix. septembris anni superioris expeditis literis, quarum tenorem præsentibus, pro plene, et sufficienter expresso, et inserto haberi volumus, fusius continetur. Verum quia, sicut in eadem expositione additum erat, in dictis Nostriis literis nulla specialis mentio de utriusque sexus regularibus facta fuit, ac præterea pro meliori conscientie tuæ securitate rem omnem melius super alia quædam, quæ tuæ obiter in iisdem literis obrepere, per Nos declarari et extendi summo- perere desideres, Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in præmissis opportune providere, et, ut

infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur integritatem tuam maxime in Domino commendantes, te specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, eidem fraternitati tuæ, ut, etiam si tanta porcorum copia in ista diœcesi non existat, quanta in dictis literis significata reperitur, nihilominus cum omnibus, et singulis diœcesanis tuis sæcularibus, et ecclesiasticis, ac etiam cum utriusque sexus regularibus (illis tantum exceptis, qui ex voto solemniter ab escis carnalibus se abstinere tenentur) ac tandem cum personis universis in ista tua diœcesi commorantibus tam privatim, quam publice super condimentis prædictis dispensandi, ita ut ipsi non modo in quadragesimæ, et aliis singulis diebus ab Ecclesia prohibitis, sed etiam in reliquis vigiliis, aliisque abstinentiæ diebus immemorabili, ex locorum consuetudine, aut respectivis dictorum ordinum, et monasteriorum statutis servari solitis, seu præscriptis, in epulis quibuscumque condiendis pro oleo, suino adipe uti, sicque conditis vesci libere, et licite possint, et valeant, et quilibet eorum possit et valeat, servata in reliquis dictarum literarum forma, et dispositione, plenam, et amplam facultatem auctoritate apostolica tenore præsentium tribuimus, et impertimur.

Tenor exquisitæ declaratio-
nis.

§. 3. Non obstantibus, civitatis, et diœcesis hujusmodi consuetudinibus etiam immemorabilibus, ac omnibus et singulis illis, quæ in memoratis Nostriis literis non obstare volumus, cæterisque in contrarium quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima tertia januarii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quarto.

Derogatio con-
trariorum.

Dat. die
24 Januarii
1801
anno IV.

ECLXVI.

Concessio privilegiorum pro capellanis communibus cappellæ pontificiæ.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Grata familiaritatis obsequia, quæ dilecti filii Joseph Nadini Romanæ, Franciscus Flaminj s. Salvatoris majoris respective jubilati, Antonius Mariotti, Antonius Ghilardi, et Nicolaus Tamberlich itidem Romanæ civitatum, vel diocesium presbyteri, et respective clericus modernæ cappellæ Nostræ pontificiæ capellani familiares Nostri Nobis, et apostolicæ Sedi hactenus impenderunt, et adhuc sollicitis studiis impendere non desistunt; necnon vitæ, ac morum honestas, aliæque laudabilia probitatis, et virtutum merita, quibus eorum personas tam familiari experientia, quam etiam fide dignorum virorum testimoniis jvari percepimus, Nos inducant, ut illis reddamus ad gratiam liberales.

Tenor auctoris proprii.

§. 2. Hinc est, quod Nos volentes illos specialibus favoribus, et gratiis prosequi, eosque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab hominè quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotati existant, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, motu proprio, non ad supradictorum Josephi, Francisci, Antonii, Antonii, et Nicolai vel alicujus ipsorum, aut aliorum pro eis Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera Nostra deliberatione, ac certa scientia auctoritate apostolica tenore præsentium Josephum, Franciscum, Antonium, Antonium et Nicolaum predictos, et illorum singulos in Nostros, et Sedis apostolicæ notarios recipimus, ac sacri palatii, et aulæ Lateranensis comites (sine tamen dilectorum filiorum notariorum de numero participantium præjudicio) nec non nobiles Romanos, et urbis Romæ, omniumque, et singularum civitatum, ter-

Receptio in
notarios, et comites, et cives
Romanos.

rarum, et locorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subsectorum cives creamus, et constituimus, ac in numerum, et consortium aliorum Nostrorum, et ejusdem Sedis notariorum, nec non palatii, et aulæ hujusmodi comitum, ac nobilium Romanorum, aliorumque civium civitatum, et oppidorum prædictorum referimus, et conscribimus, ipsosque, etiamsi habitum, et rochetum notariorum dictæ Sedis juxta decretum Lateranensis concilii novissime celebrati non deferant, aut civitates hujusmodi non incoluerint, nec unquam in iisdem civitatibus domicilia habuerint, ut nihilominus omnibus, et quibuscumque privilegiis, facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, favoribus, gratiis, et indulgentiis, quibus ceteri omnes notarii Nostri etiam de numero participantium, necnon comites, et nobiles, ac cives originarii tam in civitatibus, et beneficiis ecclesiasticorum, ac secularium etiam ex personis Romanorum originariorum vacantium assecutione, et exercitio tam in urbe, quam in civitatibus prædictis, ac aliis ubique locorum, et gentium, nec non sessionum, et conventuum utuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, potiri, et gaudere poterunt quomodolibet in futurum, non solum ad illorum instar, sed pariformiter æque principaliter, ac si privilegia, facultates, exemptiones, gratiæ, et indulgentiæ ipsi emanassent (citra tamen exemptiones a sacro concilio Tridentino sublatis) itaut nedum quoad criminalia, sed etiam quoad civilia subiaceant ordinariis, ac facultates legitimoandi, ad gradus promovendi, et notarios, seu tabelliones creandi, aliæque hujusmodi privilegia a notariis Sedis apostolicæ, et comitibus palatinis prætensa, itaut illis supræmemorati capellani familiares Nostri nullibi uti valeant, ac irritum, et inane existat, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, uti, potiri, et gaudere, ac in omnibus, et singulis apostolicis, aliisque literis, instrumentis, et scripturis publicis, et privatis deinceps eorum nomine conficiendis sese notarios, comites, et nobiles, ac de nobili genere ex utroque parte præcreatos, nec non Romanæ, et aliarum civitatum cives,

Nominatio in
familiares palatii.

ut libuerit, inscribere, et se illis subscribere valeant, ac pro veris, et non fictis notariis, comitibus, nobilibus, et civibus habeantur, nihilque, quaecumque illud fuerit, cum iis expressionibus subreptitium, obreptitium, aut invalidum; sed illud idem efficax in omnibus, et per omnia censeatur, concedimus, et indulgemus.

Concessio obtinendi plura beneficia ecclesiastica.

§. 3. Et iusuper illos, eorumque beneficia, et officia ecclesiastica quaecumque, quotcumque, et qualiacumque illorum fructus, res, et iura ubicumque locorum, regionum, et provinciarum, necnon in urbe, civitatibus, terris, et locis, eidem Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subjectis consistentia, prædia, domos, possessiones, et bona patrimonialia, aliaque temporalia mobilia, et immobilia, ac semoventia, nec non actiones, et iura præsentia, et futura cujuscumque qualitatis, quantitatis, et naturæ, et cuiusvis etiam anni valoris, fructus, redditus, et proventus huiusmodi sint, vel fuerint, ac etiam quaecumque ab illis vendenda, ac pro illorum, familiarumque suarum usibus emenda ab omnibus, et quibuscumque decimis, quartis, et diuidiis partibus, subsidiis etiam charitativis, necnon vectigalibus, portoriis, tributis, datis, et pedagis, collectis, et quocumque alio nomine nuncupatis angariis, perangariis, cæterisque oneribus, et contributionibus tam urbanis, quam rusticis, ordinariis, et extraordinariis, realibus, et personalibus, ac mixtis, etiam ratione munitionum menium, et pontium, portarum, ac moliturarum, et mercium enjuscumque generis transitus, seu passus, et vecturæ etiam in aliud territorium, seu provinciam terra, mari, et flumine, necnon equorum mortuorum, stabulationum militum, institutionis seminarii ecclesiastici, aut quacumque alia quantumvis gravi, et gravissima causa (pro subventionem contra infideles dumtaxat excepta) nunc, et pro tempore impositis; ita quod illi, et quilibet eorum nihil omnino horum, aut aliorum similium subire teneatur, nec per cameræ apostolicæ, aut alios commissarios, seu vectigalium, et tributorum huiusmodi redemptores, conductores, et exactores quocumque privilegio, et facultate suffultos alias; quam, ut præferat, valeant coarctari,

Exemptio a solutione vectigalium.

quamdiu servitiis Nostris institerint dumtaxat, eximimus, et liberamus.

§. 4. Ad hæc cum iisdem, ut quaecumque duo dissimilia, vel similia simplicia sub singulis tribus tectis quarumcumque trium cathedralium, etiam metropolitanarum, aut aliarum ecclesiarum consistentia, etiamsi unum ex illis omnibus cum cura, aut dignitas etiam major, et principalis, canonicatus, et præbenda, personatus, administratio, vel officium fuerit, et ad dignitatem, personatum, administrationem, vel officium huiusmodi consueverit quis per electionem assumi, eisque etiam cura jurisdictionalis immineat animarum, si eis alias canonicè conferantur, aut ipsi eligantur, præsententur, vel alias assumantur ad illa, et instituantur in eis, recipere, et dummodo illa omnia, uno excepto, personalem residentiam non requirant, insimul, quoad vixerint, relinquere: nec non etiam, quamdiu Nobis inservierint, tum in beneficiis ecclesiasticis, non tamen parochialibus, vel curam animarum parochianorum habentibus, per eos pro tempore obtentis, etiam de jure, statuto, fundatione, vel privilegio personalem residentiam requirentibus, etiamsi dignitates in metropolitanis, vel cathedralibus majores, et in collegiatis ecclesiis huiusmodi principales fuerint, personaliter residere non teneantur, nec ad id per locorum ordinarios, seu ecclesiarum earundem capitula, aut quosvis alios ad residendum interim in illis inviti compelli possint, omnesque, et singulos illorum beneficiorum obtentorum fructus, et redditus, durante servitio prædicto, cum ea integritate, distributionibus quotidianis dumtaxat exceptis, cum illos perciperent, si in iisdem ecclesiis, sive locis personaliter residerent, percipere, exigere, et levare, proviso tamen per eos, ut onera iisdem dignitatibus, et beneficiis quovis modo incumbentia congrue supportentur.

Facultas retinendi beneficia etiam cum cura animarum.

§. 5. Necnon, etiamsi presbyteri fuerint, ac dignitates, et officia obtinuerint, leges, et iura civilia etiam publice in scholis, et universitatibus studiorum generalium ad quinquenarium dumtaxat, dummodo iisdem trigesimum ætatis annum non excesserint, audire, ac, si habiles, et

Concessio usus iurium civilium pro presbyteris.

sufficientes reperti fuerint, etiam ad doctoratus gradum in huiusmodi facultate se promoveri facere, ipsaque jura etiam publice docere, atque iudicis, advocati, et procuratoris officium in causis ecclesiasticis, et civilibus tantum, exercere libere, et licite possint, et valeant de specialis dono gratiæ dispensamus.

Jus eligendi
confessorem
qui absolvere
valeat etiam in
causibus reser-
vatis.

§. 6. Liceat quoque ipsis, et eorum singulis aliquem idoneum, et ab ordinario approbatum presbyterum secularem, vel cujusvis ordinis regularem in suum eligere confessorem, qui vita eis comite eos, et ipsorum singulos a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, ac per eos incurtis, et quibus ipsos pro tempore illaqueari contigerit, etiamsi absolutio Nobis, et successoribus Nostris Romanis pontificibus pro tempore existentibus specialiter, vel generaliter reservata existat, et quorumcumque votorum, et Ecclesiæ præceptorum transgressionibus, homicidio casuali, manuum violentarum in quasvis personas etiam ecclesiasticas (non tamen episcopos, vel alios superiores prælatos) de præterito injectionibus, seu consilii, vel favoris ad id præstationibus, jejuniorum omissionibus, necnon recitationis horarum canonicarum, aliorumque divinarum officiorum, ac denique ab omnibus, et quibuscumque aliis eorum peccatis, criminibus, excessibus, et delictis quantumcumque gravibus, et enormibus, etiam talibus, propter quæ Sedes prædicta merito consulenda foret, ac in quibuscumque constitutionibus apostolicis contentis, semel tantum in vita, et mortis articulo, in reliquis vero dictæ Sedi quomodolibet reservatis, aliisque quibusvis casibus semel in anno, confessionibus illorum diligenter auditis, sine tamen alicujus præjudicio, præfata autoritate apostolica absolvere, et illis pro commissis pœnitentiam pro modo culpæ injungere salutarem: nec non vota quæcumque (ultramarino visitationis liminum beatorum Petri, et Pauli apostolorum, castitatis, et religionis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare possit.

§. 7. Ac etiam iisdem, eorumquo singulis, ut quicumque locorum ordinarii, vel canonici metropolitana-
narum, seu aliarum cathedralium ecclesiarum, aut personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ tam in dicta curia, quam extra eam, etiam ad id per eos, aut eorum singulos coram notario, et testibus fide dignis eligendi, seu eligendæ quascumque pensiones annuas eis, et eorum singulis super mensarum abbatialium, seu episcopalium, et archiepiscopalium, et quorumcumque aliorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, et sine cura secularium, et quorumvis ordinum regularium, etiam hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani quomodocumque, et qualitercumque qualificatorum fructibus, redditibus, proventus, juribus, obventionibus, et distributionibus etiam quotidianis, seu illorum loco fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, distributiones, et emolumenta sibi nunc, et pro tempore assignata, et reservata quomodocumque simul, vel successive, in toto, vel in parte usque ad summam centum ducatorum auri de camera de eorundem cappellanorum, vel cujuslibet ipsorum respective consensu in toto, vel in parte, etiam in mortis articulo cassare, et extinguere, ac, postquam cassatæ, et extinctæ fuerint, alias similes pensiones annuas super fructibus, redditibus, proventus, juribus, obventionibus, et distributionibus, seu illorum loco fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, et emolumenta huiusmodi etiam usque ad summam prædictam auri, vel pluribus aliis personis etiam per eosdem cappellanos, et eorum singulos nominandis, et quæcumque, quocumque, et qualiacumque beneficia ecclesiastica obtinentibus, et expectantibus, seu clericali caractere insigniri volentibus, similiter eis, quoad vixerint, vel eorum legitimis procuratoribus iisdem modo et forma, quibus iisdem cappellanis assignatæ, aut reservatæ, vel assignati, concessi, seu concessa fuerint, etiam absque consensu easdem pensiones, et fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, ac distributiones, et emolumenta huiusmodi solvere debentium, etiamsi pluries cassatæ, et de novo assignatæ fuerint, usque ad summam, et quantitatem

Facultas reser-
vandi pensio-
nes ecclesiasti-
cas.

prædictam, ac alias cum omnibus, et quibuscumque exemptionibus, privilegiis, decretis, clausulis, cautionibus, vinculis, obligationibus, cautelis, ac etiam censuris, et pœnis in prioribus reservationibus hujusmodi concessis, et contentis integre persolven. servata tamen forma constitutionis fel. rec. Innocentii pp. XI. prædecessoris Nostri super translationibus pensionum editæ, reservare, constituere, et assignare.

Reservatio specialis super pensionibus.

§. 8. Volumus autem, ac sub pœna nullitatis translationum hujusmodi districte præcipimus, quod respectu pensionum eis, et cuicumque eorum respective, ut præferatur, reservatarum, et assignatarum, seu reservandarum, et quocumque tempore assignandarum super quibuscumque cathedralibus, metropolitanis, monasteriis etiam consistorialibus, atque aliis quibusvis beneficiis tam simplicibus, quam residentialibus, aut aliter quomodocumque qualificatis intra urbem, ac statam ecclesiasticam Nobis, et sanctæ Sedi in temporalibus immediate subjectum existentibus præfata transferendi facultas tum coram persona in dignitate ecclesiastica constituta, tum coram notario, et testibus eis, et cuilibet eorum respective ut supra imperita exerceri, aut expleri per eos, et quemlibet eorum respective nequeat, nisi favore dumtaxat illorum, qui vel ex eodem statu ecclesiastico, vel ex iisdem regnis, et provinciis originem trahant, in quibus et ipsi queque Nostri, et sanctæ Sedi in temporalibus subditi promiscue cum civibus, et naturalibus dictorum regnorum, et provinciarum ad pacificam tam beneficiorum quorumlibet ecclesiasticorum, quam similium pensionum possessionem admitti consueverunt.

Concessio immunitatum.

§. 9. Necnon, ut iidem cappellani, et eorum quilibet de omnibus, et singulis domibus, prædiis, possessionibus, terris, et locis etiam jurisdictionalibus, cæterisque bonis immobilibus, et mobilibus, quæ tamen non sint altaris, seu altarium ecclesiarum ipsis cappellanis Nostriis prædictis commissarum ministerio, seu alicui speciali carumdem ecclesiarum servitio, aut alias divino cultui, vel usui deputata, seque moventibus cujuscumque qualitatis, quantitatis, valoris, speciei, pretii, et conditionis existen-

tibus, ac juribus, et actionibus ad eos ratione ecclesiarum etiam cathedralium, et metropolitanarum, monasteriorum, prioratum, præpositurarum, dignitatum, et aliorum quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, et sine cura secularium, et quorumvis ordinum regularium, quæ ex quibusvis concessionibus, et dispensationibus apostolicis in titulum, commendam, administrationem, et alias quomodolibet obtinuerint, et obtinent, ac obtinebunt, ac fructuum, reddituum, proventuum ecclesiasticorum loco pensionum annuarum super similibus fructibus, redditibus, et proventibus eis reservatarum, et assignatarum, ac reservandarum, et assignandarum, quos, et quas perceperint, et percipiunt, ac percipient in futurum, nec non emolumentorum quorumcumque Romane curiæ officiorum, ac alias quomodolibet spectantium et pertinentium, ac etiam de dictis fructibus, redditibus, proventibus, ac pensionibus annuis, necnon eorum industria, ac labore quomodolibet, et undecumque, licite tamen acquisitis, et acquirendis, ac alias etiam de muneribus, et officiis, quæ exercuerint, et exercere contigerit, et alia quavis occasione, vel causa, seu contemplantatione ad eosdem perventis, et perveaturis, etiamsi in pecunia numerata, ac jocalibus, gemmis, aliisque pretiosioribus rebus consistant, tam in dicta curia, quam extra ubique locorum, etiam penes beneficia ipsa existentibus, quorum omnium qualitates, et veros annuos valores, etiamsi talia forent, quæ in generali appellatione bonorum, et suppellectilium non venirent, sed specialibus indigerent vocabulis, præsentibus, ac si specificè, et singillatim exprimerentur, et denominarentur, pro sufficienter expressis, ac declaratis haberi volumus, ac etiam de ipsis proventibus ac pensionibus debitis, et debendis, ac nondum perceptis, et exactis, etiamsi eorum solutionis, aut perceptionis terminus nondum advenierit, pro illa rata, quæ illis debita erit (constitutione declaratoria super fructibus, et pecuniis non exactis, quæ forsitan ad successores in ipsis beneficiis spectare, et pertinere debeant non obstante) etiam cumulative cum quibusvis aliis similibus, vel dissimilibus facultatibus habitis, et habendis usque ad summam ducento-

Facultas dispo-
nendi etiam
per testamen-
tum de fructi-
bus beneficiorum.

rum ducatorum auri similium dumtaxat pro decentibus, et honestis impensis funebribus, quam etiam pro remuneratione illorum, qui eis viventibus inservierint, etiam ultra servitii meritum, ac in ipsorum consanguineorum, et affinium, ac quorumcumque piorum locorum favorem et usum et alias pro eorum arbitrio, et voluntate absolutis testari, ac testamento, codicillis, fideicommissis, legatis, donationibus tam inter vivos, quam causa mortis, et aliis quibuscumque modis, et titulis, scriptura etiam minus solemnibus, etiam coram duobus, vel tribus testibus, aut etiam schedula eorum manu scripta, vel subscripta, ac alias in omnibus, et per omnia, prout, et quemadmodum eis videbitur, etiam in ipsa curia (non tamen extra residentiam) etiam in mortis articulo, et non facta mentione presentis, vel aliarum eis pro tempore concessarum similium facultatum, aut quod in vim illarum testari, seu disponere velint, et intendant, semel, atque iterum, et pluries disponere, statuere, et ordinare; ita ut quidquid testatum, gestum, aut ordinatum, seu alias ab eis dispositum fuerit, etiam in vim simplicis distributionis, ac alias omni meliori modo valeat, et servari omnino debeat, ipsaque testamenta, codicillos, dispositiones, ordinationes, donationes, legata, et statuta etiam pluries, et toties, quoties eis videbitur, moderari, limitare, ac etiam in totum revocare, et alia de novo condere etiam libere, et licite valeant, plenam, et liberam concedimus facultatem.

Exclusio reve-
rende cameræ
spoliorum a
successione in
testata.

§. 10. Statuentes nihilominus, et ordinantes, eisque pariter indulgentes, quod, si contigerit ipsos ab intestato, et sine ulla, vel cum minus valida bonorum, ac rerum, et fructuum, reddituum, et proventuum prædictorum dispositione in dicta curia, vel extra eam, ac etiam extra sua beneficia, aut alia loca debitæ ab eis residentie personalis, etiam nulla subsistente causa ab humanis decedere, omnia, et singula illorum bona, res, et jura etiam ex præfatis, et alias undecumque procedentia ad cameram apostolicam, seu in dictis beneficiis successores non pertineant, sed ad heredem sanguinis eorundem integre deveniant, et illis deficienti-

bus inter eorum familiares arbitrio personæ seu personarum, quas ad id scripto nominaverint, distribuantur, nisi de alia dispositione, vel intentione eorundem, scriptura etiam minus solemnibus secus appareret, quam tunc, vel ut efficacem, ipsæ personæ, vel alii iudices, seu executores omnino exequi, et adimplere, illique sese conformare in omnibus, et per omnia debeant; nihilominus quæcumque hujusmodi testamenta, donationes, legata, dispositiones, et alia forsitan alias ab ipsis, etiam nulla, aut minus sufficienti facultate suffulta de hujusmodi juribus, actionibus, fructibus, pecuniis, localibus, aliisque rebus supradictis etiam in favorem consanguineorum, et affinium prædictorum, et alias quomodolibet facta, cum omnibus inde secutis, ac etiam ea, quæ per ipsos in futurum quomodolibet fient, ex nunc, prout ex tunc, et e contra pro dicta summa ducatorum ducatorum dumtaxat approbamus, et confirmamus, omnesque, et singulos juris, et facti, ac solemnitatum omissarum, et omitterarum, necnon substantiales, aliosque defectus quoscumque, si intervenierint in iisdem, etiamsi tales sint, vel fuerint, quod specialis, et specifica de ipsis mentio habenda esset, supplementis.

§. 11. Non obstantibus præmissis, ac Lateranensis concilii novissime celebrati de certo eorundem notariorum numero, etiamsi ad illum nondum devenitum fuerit, cui per hoc alias derogatum non intendimus, ac de consensu præstando in pensionibus, et quibusvis aliis etiam per Nos, et Sedem prædictam quomodolibet editis, et in futurum eadem cancellariæ apostolicæ regulis, et stylo in similibus hactenus servato, et pie mem. Alexandri pp. VI. prædecessoris etiam Nostri tertiam partem bonorum ecclesiasticorum cameræ prædictæ deberi inter alia disponente: necnon ejusdem memoriæ Bonifacii pp. VIII. etiam prædecessoris Nostri, per quam concessionibus de fructibus in absentia percipiendis sine præfatione temporis fieri prohibentur, ac quorumvis aliorum Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum, et quibusvis aliis apostolicis, ac in universalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus

Derogatio con-
traciorum.

constitutionibus, et ordinationibus, necnon legibus imperialibus, et aliis etiam municipalibus tam urbis, quam quarumvis aliarum civitatum, et locorum, in quibus cives originarii creati sunt, ac quarumvis ecclesiarum, monasteriorum, ordinum, et hospitalis præfati, necnon quorumvis collegiorum, et officiorum dictæ curiæ, ac regnorum, provinciarum, et urbis, ac aliarum civitatum, et locorum, ac prædictæ cameræ, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, stabilimentis, usibus, et naturis, etiamsi de illis servandis, et non impetrandis literis apostolicis contra ea, nec etiam ab alio, vel aliis impetratis, aut alias quomodolibet concessis utendo ipsi cappellani per se, vel eorum procuratores præstiterint forsitan hacenus, vel in posterum eos præstare contigerit juramentum; privilegiis quoque, indulgiis, et literis apostolicis dictis ecclesiis, monasteriis, ordinibus, hospitali sancti Joannis Hierosolymitani, illorumque præsubibus, seu administratoribus, et superioribus, ac magistris, præceptoribus, prioribus, ministris etiam antianis, capitulis, et conventibus, civitatibus, et locis, aliisque personis etiam particularibus, necnon archiepiscopis, episcopis, et aliis locorum ordinariis, etiam ejusdem S. R. E. cardinalibus, ac dictæ cameræ officialibus, illorumque collegiis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis per quoscumque Romanos pontifices prædecessores Nostros, ac Nos, et Sedem prædictam, etiam consistorialiter, etiam de ejusdem S. R. E. cardinalium consilio, ac per modum statuti, seu constitutionis perpetuorum, ac motu, et scientia paribus, deque apostolicæ potestatis plenitudine, ac ad imperatoris, regum, regiarum, ducum, marchionum, et aliorum principum instantiam, seu illorum contemplatione in genere, vel in specie, aut alias quomodolibet etiam iteratis vicibus concessis, confirmatis, et innovatis, et in posterum concedendis, confirmandis, ac innovandis, etiamsi in illis, ac statutis, et stabilimentis præfatis caveatur expresse,

vel tacite, quod urbis nonnisi originariis civibus Romanis, ac civium eorundem filiiis, aliarum vero partium beneficia nonnisi personas illustres, seu nobiles, ac etiam originarios cives, aut alias certo modo in illis expresso qualificados obtineri, aut conferri respective possint, et nullus in civem urbis, aut civitatum, oppidorum, terrarum, et locorum hujusmodi admitti, seu illorum privilegiis uti possit, nisi prius in dictis civitatibus, oppidis, et locis per certum tempus habitaverit, seu etiam in illis bona etiam stabilia forsitan ad certum valorem ascendente possideat; quodque præceptoris, et alia beneficia quæcumque dicti hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani tam ex ejus institutione, quam ex stabilimentorum prædictorum dispositione non in titulum perpetuorum beneficiorum conferri, sed in commendam ad vitam commendatariorum revocabiliter concedi debeant, ut sic pensionibus ecclesiasticis secularibus, aut aliis personis apostolica auctoritate reservandis gravari non possint, quodque stabilimentis, et privilegiis præfatis etiam vigore clausulæ implicitæ derogationis latissime extendendæ etiam per quascumque literas apostolicas, et quasvis etiam derogatorias derogatorias, efficacioresque, et insolitas clausulas derogari non possit, nec derogatum censeatur, nisi derogatio hujusmodi de consilio dictorum cardinalium fiat, et tunc demum ad id magistri, et conventus præfatorum expressus accedat assensus, sintque literæ derogationis hujusmodi etiam per dictum magistrum subscriptæ, ac ei, et prædicto conventui per diversas in forma brevis, aut alias literas diversis temporibus cum certis intervallis presentatas intimatæ, et non alias, nec alio modo, et semper in hujusmodi literis, quæ sic fient, etiam de simili consilio derogationis sit apposita clausula, quod illarum effectum sortiantur de consensu magistri, et conventus præfatorum, et non alias, aliter, nec alio modo. Quibus omnibus, et eorum singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes

mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, ac in eis caveatur expresse, quod illis nullatenus derogari possit, quodque clausula implicitæ derogationis in rescripto, etiam motu proprio emanato apposita aliter in literis exprimi, vel extendi nequeat, illorum omnium tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore, et firmitate permansuris, hac vice dumtaxat harum serie in genere, et in specie ad effectum præmissorum specialiter, ac expresse motu, et scientia similibus derogamus, ac derogatum esse decernimus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 12. Volumus autem, quod præsentium transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus ubique fides tam in judicio, quam extra illud adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, et adhiberi posset, si forent exhibitæ, vel ostensæ; quodque prædicti, antequam gratia creationis in notarios perfrui valeant, in manibus alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ professionem fidei juxta articulos pridem a Sede prædicta propositos emittere, et solitum fidelitatis juramentum præstare omnino teneantur, et quilibet ipsorum teneatur. Ceterum volumus pariter, atque decernimus, ut, si cui ex supradictis cappellanis similes testandi de bonis, ac pensiones transferendi facultates ab aliquo Romano pontifice prædecessore Nostro, cui simile cappellani ministerium præstiterit, concessæ fuerint, præsentibus literæ illi, quoad facultates testandi de bonis, et transferendi pensiones hujusmodi minime suffragentur. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quarta januarii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quarto.

CCLXVII.

Dat. die
28 januarii
1804.
anno IV.

Facultas præsidi generali monachorum Cistercensium provinciæ Romanæ hypothecandi, alienandi, et permutandi bona in ejus provincia.

CHIROGRAFO

Monsignor Alessandro Lante
protonotario apostolico Nostro,
e della Nostra Camera
tesoriere generale.

§. 1. Ci ha rappresentato il presidente generale dei monaci Cistercensi della provincia Romana, che appresso alla liquidazione del quarto dovuto agli acquirenti Duveyrier, e Perillier in scudi 44443 » 93 adesivamente all' editto della Nostra segreteria di stato dei 24 ottobre dell' anno 1801 per l' acquisto da essi fatto nell' epoca del governo repubblicano dei beni tanto liberi, che enfiteutici, che i detti monaci godevano, e godono in Chiaravalle, e Potenza l' avete voi indotto a Nostra insinuazione in sequela del peso indossatogli all' occasione della reintegrazione al possesso degli enunciati effetti di supplire per ora allo sborso della metà dell' enunciata somma, che spetta al detto Duveyrier nel periodo di due anni, ed in conseguenza prima del termine del quinquennio accordato al pagamento del quattro con i frutti corrispondenti, a similitudine di ciò, che aveva praticato la Nostra camera con il detto Duveyrier per simile indennizzazione, dovutagli per l' acquisto dei beni camerali in forza delle Nostre disposizioni, che per riflessi particolari abbiamo creduto prescrivere a vantaggio del medesimo: ci ha rappresentato inoltre, che in esecuzione di tali beneficenze da Noi a pro di detto Duveyrier praticate ha convenuto la prestazione di detta metà in otto rate pagabili nel biennio anzidetto, oltre l' importare de' frutti calcolati a tutto novembre prossimo passato, ma che gli mancano immediatamente i mezzi onde supplire nelle rispettive scadenze al pagamento delle promesse rate non potendole ottenere dai redditi sì dei beni enfiteutici, che

Expositio pro-
cui.

propri per le circostanze, che si sono riunite a loro danno dopo esser tornati al possesso degli enunciati beni avendoci formato un quadro veramente infelice della loro situazione, si per aver trovati i fondi nell'atto del rivendicato possesso molto deteriorati, e mal andati, cosa verisimile per le diverse occupazioni a cui sono andati soggetti in breve intervallo, si per averli riscontrati mancanti di una gran parte dei bestiami, che formano la dote de' medesimi, e ne costituiscono la dovizia, ragion per cui tanto meno era il fruttato, si per aver rivenute tutte le palizzate, che trattengono la voracità del fiume. Esino che circonda per una grand'estensione i beni anzidetti quasi devastate per esser state trascurate da molto tempo, ed in fine per aver perfino subito la caduta della fabbrica della mola uno degli oggetti più interessanti, perchè trascurate le necessarie riparazioni nell'epoca già rimarcata in un colpo corrosa dall'acqua è precipitata, per riparare alle quali disgrazie gli occorrono molte, e molte migliaia di scudi, abbisognandogli per la sola ricostruzione della mola giusta le perizie scudi dodici mila; ci ha soggiunto in fine, che in mezzo a tutti questi infortuni, i quali nel momento, che gli fanno percepire tanti prodotti di meno lo spingono alla necessità d'improntare gran somme per riporre nello stato di floridezza gli effetti riacquistati gli si è dato eziandio l'arresto della contrattazione di tutte le derrate per il vil prezzo a cui presentemente in quella provincia corrono, onde ci ha supplicato di abilitarlo a poter prendere ad usura fino alla somma di scudi 50 mila quanto gli ne occorre per soddisfare tanto la metà del quarto liquidato dalla computisteria generale, della Nostra camera, che spetta al Duvèryer, che l'altra metà, che apparterrà al Perillier unitamente ai frutti decorsi, e decorrendi non mancando gran tempo a compire il quinquennio, allo spirare del quale giusta la legge dell'indicato editto del 24 ottobre 1801 devono senza ritardo aver soddisfatto l'intero importare del quarto surriferito con i corrispondenti frutti, autorizzandolo a maggior cautela de' sovveatori ad ipotecare a favore di essi sì generalmente, che

Bull. Rom. Tom. XII. F. 74.

specialmente quella quantità de' fondi che corrispondere possa alle somme somministrate di qualunque specie essi siano, liberi cioè, o enfiteutici, ed a qualunque monistero della sua provincia, e religione appartenessero, giacchè senza questa cautela non rinverrebbe persona, che per il solo oggetto del subingresso delle ragioni del Duvèryer, e Perillier gli affidasse il suo danaro: ovvero in vista della difficoltà quasi insormontabile di rinvenire ad usura l'enunciata somma non tanto per la entità di essa, quanto per la sproporzione, ed irregolarità delle usure, che al presente domandano i sovventori, di graziarli a poter vendere, ed alienare tanti fondi in qualunque luogo posti, ed a qualunque de' monisteri della provincia Romana spettanti tanto se questi siano di libero, e diretto dominio de' medesimi religiosi, e loro monisteri, quanto se li ritenghino a titolo enfiteutico per l'entrante somma di scudi cinquantamila con la facoltà eziandio di poter contrattare, e commutare con altri luoghi più cedendo fondi maggiori, e ritirandone degli altri di minore estensione, conteggiando il di più a danaro senza che i medesimi in questo caso particolare abbiano bisogno d'impetrare le facoltà della Nostra congregazione del Concilio, e Vescovi Regolari, ripromettendosi il nomato padre presidente di reintegrare quei monisteri, e mense, i beni de' quali a questo determinato oggetto fossero stati distratti nel periodo di anni sessanta con altrettanti capitali tuti, e sicuri fino al totale importare di quelli alienati in maniera, che al compir di detto termine ciascun monistero, che ha sofferto la smembrazione anzidetta torni ad avere nella sua estensione altrettanti fondi, che perfettamente corrispondino all'importare di quelli alienati, al quale effetto si obbligherebbe in ogni anno reinvestire una determinata somma da moltiplicarsi affinché di tratto in tratto con il prodotto del detto multiplico si potessero acquistare de' capitali tuti, e sicuri d'ascriversi con ordine, e vantaggio di quello, o quelli de' monisteri, o mense abbaziali, che fossero stati soggetti alle ridette alienazioni; avendoci dimostrato che con que-

sto metodo gli effetti delle smembrazioni vengono direttamente a riverberare i monasteri, che le subiranno, e non già i padroni diretti dei fondi godendoli tali monisteri a titolo di perpetua concessione, subito che in un certo intervallo vengono a ripristinarsi altrettanti capitali del valor de' distratti, ed alienati. Comunicammo a voi la supplica, e nell'udienza del 3 del passato dicembre se ne tenne maturo proposito, analizzando le circostanze dell'esposto, pesando i titoli a cui appoggiava l'inchiesta, e librando le cause tutte, che animavano la istanza, ed appresso alla più accurata ponderazione veggendo da una parte la necessità in cui è il ridetto presidente, e la sua provincia di supplire allo sborso del quarto dovuto ai detti Duveyrier, e Perillier, e singolarmente alla metà di esso, che spetta al Duveyrier nel ristretto termine di un biennio per corrispondere alle Nostre intenzioni da voi significategli con biglietto de' 26 novembre 1803, e dall'altra parte la morale impossibilità di esso di potere riuscire ad uno sborso sì vistoso con i prodotti, e rendite de' fondi abbaziali per la riunione delle incontrate disgrazie, e di tutte le accidentalità, che ha dovuto subire commiserando la sua situazione siamo venuti nella determinazione di condiscendere colla Nostra paterna clemenza all'istanza umiliataci colle modificazioni, e dichiarazioni, che esprimeremo in appresso.

Tenor concessionis.

§. 2. Quindi è che con il presente Nostro chirografo, nel quale vogliamo, che si abbia per espresso il tenor della supplica dell'istromento di reintegrazione al possesso delle enunciate badie di Chiaravalle, e Potenza, stipolato nel dì 16 marzo 1802 per gli atti del Gregorj segretario della Nostra camera, e singolarmente il patto di soggiacere allo sborso dell'indennizzazione dovuta ai sunnominati compratori, delle disposizioni da Noi date per il pagamento della metà del riferito quarto al Duveyrier nel periodo di un biennio della convenzione firmata fra detto presidente, ed il medesimo mediante la persona del Gerard suo procuratore delle costituzioni de' Nostri predecessori, che vietano l'alienazione dei fondi, o camerali, o de' regolari, ed

altri ecclesiastici, alle quali per i riflessi particolari, che concorrono nel presente caso intendiamo specialmente derogare, e di ogni altra cosa, che fosse necessaria esprimersi, e che avesse bisogno di special menzione di Nostro moto proprio, ed espressa scienza, e pienezza della suprema Nostra potestà ordiniamo a voi, ed espressamente vi commettiamo di autorizzare il presidente de' monaci Cisterciensi della provincia Romana al detto determinato oggetto di pagare, ed effettivamente sborzare tanto al Duveyrier nel periodo del biennio, quanto al Perillier nel fine del quinquennio le rispettive metà del quarto liquidato dal computista generale della Nostra camera con i corrispondenti frutti siccome Noi con la pienezza della Nostra potestà lo autorizziamo a poter creare un debito fino alla somma di scudi 50 mila con uno, o più sovventori, ed in diversi tempi, ed ipotecare a favor di essi sì generalmente, che specialmente quella quantità dei beni a qualunque de' monisteri della sua provincia spettanti, che i medesimi sovventori potessero ricercare, ed il valor dei quali corrisponda alle somme sovvenute, quantunque i beni prescelti si godessero dai monaci a titolo enfiteutico, e la proprietà, o sia il diretto dominio ad altri spettasse, ed anche alla Nostra camera, volendo Noi, che a questo solo, e determinato effetto a favor dei sovventori abbiano a considerarsi come liberi in maniera che in qualunque caso di morosità della convenuta restituzione, o pagamento de' frutti possano impeterli, e giusta le solite regole, e disposizioni di ragione farseli aggiudicare restando il peso al detto padre abbate presidente, e sua provincia di reintegrare la mensa, e proprietà da cui fossero smembrati tali fondi nel periodo di tempo, che gli prefigeremo in appresso in altrettanti capitali tutti, e sicuri corrispondenti all'entità, e valore degli obbligati, e distratti, ed inoltre accorderete, come Noi accordiamo alli sovventori suddetti il subingresso nelle ragioni de' ridetti Duveyrier, e Perillier per la indennizzazione, che gli è stata da Noi accordata. Tutte le volte poi, che non gli riuscisse trovare ad interesse l'intera somma di scudi 50 mila, ovve-

ro non la potesse avere a condizioni eque, e con discrete usure lo abilitarete, siccome Noi lo abilitiamo a vendere, ed alienare tanti fondi ancorchè dalla sua religione, e provincia si godessero a titolo enfiteutico, ed ancorchè il dominio diretto fosse della Nostra camera quanti ve n'entreranno per riunire o il totale della somma di scudi 50 mila, o quella rata, che gli mancasse oltre la somma trovata ad interesse a compimento dell'intero importare del quarto, e fruttì, che spettano ai nominati acquirenti Duvoyrier, e Perillier, volendo, che l'alienazione non oltrepassi detta somma a condizione però, che tali alienazioni sieguano previa l'affissione delle notificazioni colla solita riserva della vigesima, e sesta, e per il sollecito disbrigo riduciamo il termine della prima a soli giorni otto, e della seconda a soli giorni dieci, ed a tal'effetto assolviamo altresì il detto presidente dall'obbligo d'interpellarne i padroni diretti, e riportarne da essi il consenso, o l'approvazione, concedendogliela Noi fin da ora con la pienezza della Nostra potestà, giacchè resta provveduto all'indennizzazione di essi coll'obbligo, che ingiungerete, siccome Noi l'ingiungiamo al nominato presidente, e suoi successori pro tempore di ripristinare gli effetti alienati, e reintegrare ciascun monistero, o mensa abbaziale, con altrettanti capitali tuti, e sicuri, e se sarà possibile con altrettanti fondi perfettamente corrispondenti al valore di quelli distratti nel periodo, e tempo di anni trenta, e non più, e perchè i padroni diretti non abbiano a risentire pregiudizio, o danno per tali distrazioni neppur sul canone, che ritirano annualmente dalli rispettivi monisteri, a cui hanno concesso in enfiteusi i loro effetti, e ragioni proibiamo al detto presidente, ed individualmente a ciascun monistero investito di poter domandare per l'oggetto, e titolo di tali alienazioni defaleo alcuno al suo padrone diretto sul canone, che gli corrisponde, volendo, che a fronte della smembrazione gli si continui a pagare quello istesso canone, che gli soddisfacevano prima dell'alienazione medesima.

mancabilmente vada a verificarsi la reintegrazione prescritta, ordinerete, siccome Noi ordiniamo al sunnomo presidente estensivamente a tutti i suoi successori pro tempore di dovere ogni anno delle rendite dell'abbazia di Chiaravalle, e Potenza rinvestire con il vincolo di multiplico, e con la legge, che un tal rinvestimento, o multiplico è diretto alla reintegrazione di quelli monisteri, e mense, i di cui beni sono stati o distratti, o ipotecati, senza poter mai convertire il detto denaro in altro uso fino a tanto, che non sarà seguita o l'intera liberazione dei fondi ipotecati, o la reintegrazione perfettamente corrispondente al valore degli effetti alienati, seudi mille cinquecento, cominciando a contarsi l'epoca di un tal rinvestimento dalla data del presente Nostro chirografo, e siccome non è sì facile in ogni anno trovare a rinvestire una somma sì tenue in fondi, il di cui valore corrisponda alla medesima, per cui dovrebbero tenere il più delle volte per qualche tempo oziosa, ed infruttifera, così a similitudine di ciò, che altre volte ha praticato la Nostra camera autorizziamo il detto presidente, ed i suoi successori a poter impiegare un tal denaro con il prodotto del multiplico medesimo in rinvestimenti a tempo con i frutti ricompensativi, con che alle rispettive scadenze debba depositarsi sorte, e fruttì, per tornarla a rinvestire con li medesimi vincoli, derogando in vista delle particolari circostanze, che concorrono nel caso presente alle disposizioni canoniche, ed alle costituzioni de' Nostri predecessori, che vietano a luoghi pii tal sorte di rinvestimenti, beninteso, che di tratto in tratto, allorchè mediante il multiplico prescritto, si sarà riunita una buona somma la debba erogare in uno, o più rinvestimenti stabili, tuti, e sicuri ed immediatamente, e distributivamente li debba ascrivere, e cedere a vantaggio di quelle mense, o monisteri, che averanno subite le alienazioni, o smembrazioni anzidette, o in parzial reintegrazione, o in plenaria reindennizzazione in corresponsività dell'importare del rinvestimento, e del credito, che per l'alienazioni seguite conterranno le già dette mense,

e monisteri: sarà inoltre obbligo del nomato padre presidente, e suoi successori pro-tempore di esibire in ogni anno a ciascuno degli abbat commendatarj sulla di cui mensa sarà caduta una qualche alienazione, o alla Nostra camera, se un qualche fondo di dominio diretto di essa fosse stato distratto, le prove legali del rinvestimento adempito della rata stabilita di scudi 1500, e del multiplico prescritto giusta il metodo, e la forma già individuata, e perciò di questo multiplico ne dovrà far tenere a parte un conto legale, e probante, e perchè con più espeditezza, e facilità possa riunire la somma, che gli abbisogna per dimettere il quarto e frutti di sopra contemplati, abilitiamo eziandio il ridetto presidente a poter fare delle permutate coi confinanti, o con altri, di fondi di un valore molto maggiore di quelli, che venisse a ricevere, ritirando in denaro contante il di più dell' importare del fondo, che cedesse, e commutasse, quantunque le persone, con le quali eseguisse tali contratti di permutate fossero ecclesiastiche, e regolari, quali perciò avessero bisogno del Nostro beneplacito, accordando Noi fin da ora a qualunque delle contemplate persone ecclesiastiche, ed a qualunque superiore, o rettori di monisteri, o luoghi più la facoltà di poter venire a tali permutate, senza, che debbano per questo caso aver ricorso alle Nostre congregazioni del Concilio, e Vescovi Regolari o altro superiore ecclesiastico per l'impetrazione del necessario beneplacito, assolvendoli da tutte quelle necessarie solennità, che in qualunque altra circostanza sarebbe espediente coerentemente alle canoniche disposizioni, ed alle costituzioni de' Nostri predecessori, perchè i contratti fossero legittimi, volendo, che tali facoltà siano estensive anche al caso di qualunque altro contratto, che venissero a conciliare con il suddetto presidente o di compra, o vendita, o di sovvenzioni in danaro con la promessa de' frutti ricompensativi, piacendoci, che possano venire alla stipolazione de' medesimi con il nomato presidente, liberamente, senza alcuna altra solennità, o abilitazione. I fondi poi alienati dal surriferito presidente in esecuzione della presente

Nostra concessione passeranno liberamente nei compratori quantunque direttamente non appartenessero alli monisteri della provincia Romana, ma fossero di diretto dominio o di qualche mensa abbaziale, o della Nostra camera, ed ancorchè fossero sottoposti a qualunque vincolo, o peso di fondazione sciogliendoli, e liberandoli, da qualsisia soggezione, vincolo, o ipoteca ecclesiastica, trasferendo i medesimi su tutti gli altri beni, che godono i detti religiosi, e su quelli, che in forza del multiplico ordinato, si anderanno ripristinando, considerandoli Noi quali altri beni secolari, su di cui non è vietata la libera contrattazione, derogando espressamente a qualunque costituzione, che facesse in contrario, e singolarmente alle lettere apostoliche, e moti proprii di concessione, dei contratti enfiteutici stipolati con li suddetti monaci Cistercensi della provincia Romana, i rispettivi monisteri, per cui mai, ed in qualunque tempo gli enuciati compratori potranno essere turbati dai superiori pro-tempore dei monasteri anzidetti, nè dai presenti abbat commendatarj, o loro successori, nè dalla stessa Nostra camera; e per l'esecuzione delle cose suddette concediamo a voi la facoltà di stendere uno, o più decreti esecutoriali con abilitare il presidente generale a deputare tutti quei procuratori che crederà necessari per la effettuazione dei suddetti contratti, e di fare tutt'altro che crederete opportuno approvando Noi fin d' adesso tutto ciò che sarà da voi fatto.

§. 4. Volendo, e decretando che il presente Nostro chirografo, benchè non esibito, nè registrato nella Nostra camera, e nei suoi libri, abbia sempre il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore ancorchè non vi sia stato citato, nè sentito monsignor commissario della Nostra camera, e qualunque padrone diretto al quale appartenessero i beni da ipotecarsi, vendersi, e permutarsi, volendo che a norma del medesimo Nostro chirografo sia sempre giudicato da qualunque tribunale, e congregazione, quantunque cardinalizia; e che non possa mai opporsi al medesimo alcun difetto neppure di orrezione, e surrezione, togliendo ad ognuno la fa-

Clausula salutaris, et irritantes.

colle di giudicare, ed interpretare diversamente, non ostante la bolla di Pio IV. Nostro predecessore, *de registrandis*, le bolle di Simmaco, del detto Pio IV., e Pio V., e di altri Nostri predecessori *de rebus Ecclesie et camere non alienandis*, non ostante qualunque legge, uso, stile, consuetudine, statuto, e regola della Nostra cancelleria *de jure quesito non tollendo*, e qualunque altro canone, e costituzione che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali cose tutte avendone il tenore qui per espresso e per questo caso solo espressamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Quirinale questo di xxviii gennaio MDCCCIV.

Pius PP. VII.

CCLXVIII.

Indulgetur Baptistæ Mas monasterii B.M. Virginis de Valdigna ordinis Cisterciensis Valentinae diocesis abbati, ejusque in abbazia hujusmodi successoribus in perpetuum, ut pontificalia deferre valeant, et in pontificalibus celebrare etiam in aliis ecclesiis, quæ ad ordinem prædictum non spectant.

Dilecto filio Baptistæ Mas monacho eorum ordinis Cisterciensis in monasterio B.M.V. de Valdigna Valentinae diocesis abbati.

Pius PP. VII.

Dilecte fili Noster,
Salutem et apostolicam benedictionem

§. 1. Sinceræ tuæ in Nos, et hanc sanctam Sedem fidei, et devotionis, aliisque virtutum meritis, quibus te insignitum esse accepimus, adducimur, ut te paternæ benevolentia prosequamur, teque, tuosque in abbazia, quam obtices, successoribus honoribus libenter decoremus.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecisti tu, qui monachorum ordinis Cisterciensis in monasterio beatæ Virginis Mariæ de Valdigna diocesis, vel provincie Valentinae abbas existis, privilegio deferendi

pontificalia, ut asseris, in ecclesiis tui ordinis donatus, eadem pontificalia etiam in aliis ecclesiis, quæ ad dictum ordinem minime spectant, eodem privilegio frui posse plurimum desideres.

§. 3. Nos te præmissorum meritorum tuorum intuitu, specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, tibi, ac tuis in dicta abbazia successoribus in perpetuum, ut in quibuscumque tam sæcularium, quam regularium ecclesiis, extra tamen aliam urbem Nostram existentibus, ac requisita prius loci ordinarii licentia, pontificalia deferre, et in pontificalibus celebrare libere, et licite possis, et valeas, dictique tui successores abbates pro tempore existentes pariter possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, dicti tui ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus, pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima prima januarii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quarto.

1804

Tengr concessions.

Derogatio contrariorum.

Dat. die 31 januarii 1804 anno IV.

Proemium.

Expositio precum.

Dat. die
7 februarii
1804
anno IV.

CCLXIX.

Instante congregatione ecclesiastica civitatis Perusinae, indulgetur, ut canonici cathedralis ecclesiae electi in deputatos dictae congregationis possint in absentia a choro percipere fructus canonicatus, et distributiones quotidianas pro diebus et horis quibus suae deputationis officio detentati fuerint.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Proemium.

§. 1. **E**xpositum Nobis nuper est a dilectis filiis congregatione ecclesiastica Perusinae civitatis, cui, ut asseritur, legitime institutae ordinarius praest, congregationem huiusmodi solere eligere deputatos ad assistendum pro sua etiam parte consiliis, congressibus, sindacationibus, aliisque actibus publicis, ubi de rebus agitur, quae sunt laicis quoque communes. Verum quia tales deputati nullo ad id munus alliciuntur lucro, nulloque rependuntur emolumento, difficile saepe fieri viros de seculari clero invenire, qui istud onus moleste non ferant, ac subire non renuant. Necessario idcirco debere illos exquiri in capitulo cathedralis ecclesiae, quos tamen ne chori servitium a deputationis officio avertat, conferre plurimum posse, si canonici cathedralis in deputatos congregationis electi a chori obligationibus eximantur pro tempore, quod ipsi in praedictorum negotiorum tractationem impendent. Quapropter postulare exponentes, ac humiliter exorare, ut Nos in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac ipsorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint huius tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, si et quando canonicos dictae cathedralis ecclesiae in deputatos dictae congrega-

tionis ecclesiae ab ea eligi, ac nominari contigerit, ut ipsi deputationis munere perdurante, et pro diebus tantum et horis, in quibus recensita negotia publica pertractanda fuerint, ipsique huiusmodi pertractationibus partes deputatorum expleturi intervernerint (super quo eorum conscientiam oneramus,) a choro, aliisque dictae ecclesiae servitiis, functionibusque abesse, ac interim omnes, et singulos sui canonicatus fructus, redditus, et proventus, nec non jura, obventiones etiam quotidianas, et extraordinarias quomodolibet nuncupatas in quibusvis rebus consistentes, et undecumque provenientes, quaeque solis praesentibus dari, et praestari solent, ac debent, atque ad ipsos ratione canonicatus spectantes, et pertinentes lucrifacere, exigere, et percipere, suosque in usus, et utilitatem convertere in omnibus, et per omnia perinde ac si cunctis nocturnis, et diurnis horis caeterisque chori, ecclesiaeque functionibus personaliter interessent, libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus, ac cum ipsis desuper ex specialis dono gratiae dispensamus.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac iis, ad quos spectat, et pro tempore quaecumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis ad respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores iudicari, et definiendum, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae cathedralis ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultibus, et literis apostolicis superioribus, ac personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irri-

Derogatio contraria.

tantibusque, et aliis in decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet forsitan concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub anno piscatoris die septima februarii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quarto.

CCLXX.

Dat. die
7 februarii
1804
anno IV.

Confirmatio in perpetuum cujusdam privilegii cum concessione aliarum facultatum circa electiones pro priore, et canonicis regularibus abbatiæ Bernensis in diocesi Hollandiæ Sylvæ Ducensis

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio præ-
cum.

§. 1. **E**xpositum Nobis nuper est nomine dilectorum filiorum Antonii Van Geel prioris, et canonicorum regularium abbatiæ Bernensis ordinis Præmonstratensis, quod isthæc abbatia anno MCXXXIII. ut asseritur, primum erecta, deinde quia erectionis locum hostes subverterant, circa annum MDXC. in civitate Sylvæ Ducis feliciter restituta, tandem anno MDCXLVIII. novis cladibus obruta, penitusque eversa denuo fuit. At canonici licet bonis expoliati, et extra claustra ejecti, nullis tamen locorum, temporumque injuriis unquam devicti, sua semper in vocatione firmiter permanserunt, regulari, quod semel professi sunt, instituto fideliter adherentes, et in Domini vinea, parochiales ecclesias diocesis Sylvæ Ducis numero octo vel novem per vetus privilegium, ut asserunt, sibi concessas administrando, jugiter adlaborantes. Porro in obitu abbatis, qui alibi residere assuevit; prior, et

canonici prædicti de novo abbate canonice eligendo invicem conveniebant, ac formaliter capitulum celebrabant, tunc enim ex alio, ut inquirunt, privilegio verum representabant, verumque constituiebant conventum. Quapropter, ut adversus rerum vicissitudines opportune se muniant, ac privilegio eodem, quod huc usque viguit apud se, etiam in posterum in quacumque nova abbatis electione tuto perfrui pergant, illud nunc exponentes confirmari, atque perpetuari, et alia quædam, ut infra circa tum abbatum, tum priorum quoque electiones indulgeri a Nobis vehementer desiderant, enixisque precibus humiliter postulant.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes, in sortem Domini vocatos in sancto ipsorum proposito servare, et in Dominicæ vineæ cultura confovere cupientes, eosque, ac eorum singulos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa lais, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, eisdem exponentibus, ut privilegium veri conventus in abbatis electione ex concessione legitima, ut præfertur, penes eos vigere solitum ipsi perpetuo retinere, illoque in omni abbate novum, cæteroquin canonice, eligendi occasione uti, et gaudere, eandemque abbatem, quo in præsentia careant, ut primum per tempus licuerit, in conventuali capitulo, ac per secreta suffragia, si per compromissum juxta quod a constitutionibus ordinis præscribi perhibetur, impedimento aliquo nequeant eligere, et post capitularem electionem ad consuetam ejus installationem unus ex prædictis canonicis capitulariter designandus, quoties tamen illum, quem ad id statuta decernunt, desiderari contingat, rite procedere; rursus quamdiu eligendi abbatem opportunitas deerit, si interea temporis prior Beroensis, vel alius canonicus regens, ut aiunt, vita decesserint, reliqui canonici regulares abbatiæ prædictæ ad electio-

Tenor concessio-
nis.

nem novi prioris, novique regentis capitulariter, secretisque suffragiis devenire, novosque electos aliquis eorundem regentium, quem capitulum deputaverit, confirmare, ac juxta morem instituere libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica, tenore presentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus; cæterisque contrariis quibuscumque. Datam Romæ apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die septima februarii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quarto.



CCLXXI.

Dat. die
2 martii
1804
anno L.V.

Concessio favore perinsignis cathedralis ecclesiæ sancti Clementis P. et M. civitatis Velitrarum tituli præeminentiæ, et privilegii basilicarum minorum urbis.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. In summo apostolatus apice, meritis licet imparibus, constituti ad ecclesiarum omnium statum, quarum Nobis a Domino commissa est cura, propensis studiis animum jugiter intendimus, illarumque honorificentiæ, et splendori, prout rationi, et æquitati consentaneum videtur, libenter consulimus.

Præmium.

§. 2. Exponi quidem Nobis nuper fecit venerabilis frater Noster Henricus episcopus Ostiensis, et Veliter-nensis S.R.E. cardinalis dux Eboracensis nuncipatus, sacri venerabilium fratrum Nostrorum ejusdem S.R. E. cardinalium collegii decanus, quod vetustissimis quæstionibus, nunc demum vehementius excitatis super præcedentia in processionibus inter dilectos filios parochos civitatis Veliter-nensis ex una, et beneficiatos cathedralis ecclesiæ ejusdem civitatis ex altera parte; propterea quod parochi medii canonicos inter, et beneficiatos incedebant, ac eodem Henrico episcopo in arbitrum hinc inde electo, ipse pro data sibi a Domino prudentia ad quæstiones hujusmodi a sæculo et ultra vigentes radicatus tollendas, remque omnem perpetuo componendam ex visitationis decreto, ac prævio dilectorum filiorum capituli, et canonicorum dictæ cathedralis ecclesiæ consensu, parochis concessit, ut peculiare s. Crucis vexillum in processionibus elatum præferrent, sub quo ipsi parochi stola induti, ac ante ipsos universus clerus secularis memoratæ cathedrali non addictus incedere debeat, immediate vero capitulare aliud sequatur ejusdem s. Crucis vexillum, sub quo seminarii alumni, et convictores, cappellani hebdomadarii, beneficiati, et canonici incedant ultimi; per quod editum decretum omnia dissidia hujusmodi

Expeditio pre-
camb.

a tot annis ferventia extinxit, ac omnino diremit.

Ratio concessio-

§. 3. Quoniam vero sicut in eadem expositione additum erat ex concessione, et decreto hujusmodi capitulum prædictum de suo jure super suæ crucis unitate in processionibus præferendæ remisit, ad hanc reparandam jacturam, ac potissimum eo quod dicta cathedralis ecclesia sacrarum reliquiarum, sanctorumque corporum in ea quiescentium splendore, et antiquitatis inter reliquas cardinalitias suburbicanas ecclesias præstantia, templi magnificentia, canonicorum probitate, et doctrina ita floruerit, et floreat, ut non modo amplissimis laudibus a sancto Petro Damiano episcopo canonici fuerint affecti, sed successivis etiam temporibus ex ejusdem capituli gremio multi ad episcopalem dignitatem, undecim vero ejusdem ecclesiæ episcopi ad summum pontificatum fuerint eveci, ac præterea Lucius pp. III. prædecessor Noster ibidem sit summus pontifex renunciatus, quodque accedit ipsius civitatis Veliternensis celebritas, quæ tanta est, ut ex ea sanctum Clementem papam et martyrem prædecessorem itidem Nostrum originem duxisse affirmetur, ac multi cum literis, tum dignitatibus præclari viri ex ea prodierint, quos inter dilectus filius Noster Stephanus S. R. E. presbyter cardinalis Borgia nuncupatus sacræ congregationis de Propaganda Fide præfectus, idcirco dictus Henricus episcopus eandem cathedralem in basilicam per Nos declarari summopere desiderat.

Tenor concessio-

§. 4. Nos igitur ejusdem Henrici episcopi votis, quantum cum Domino possumus benigne annuere volentes, ac omnes singulares personas, quibus præsentis Nostræ favent, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existuat, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ecclesiam cathedralem prædictam Deo, ejusque martyri s. Clementi dicatam in ecclesiam basilicam minorem, ad io-

Bull. Rom. Tom. XII. F. 75.

star basilicarum minorum urbis auctoritate apostolica tenore præsentium erigimus, et declaramus, eidemque ecclesiæ, ac ipsius capitulo, et canonicis, ut conopœum, vulgo *padi-gliane* cum tintinnabulo in processionibus præferre ad instar earumdem basilicarum minorum urbis, nec non omnibus, et singulis privilegiis, præeminentiis, honoribus, et antefationibus, quibus aliæ basilicæ hujusmodi, tam de jure, usu, et consuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, fruuntur, et gaudent, vel uti, frui, et gaudere in futurum poterunt, pari modo uti, frui, et gaudere libere, ac licite possint, et valeant, auctoritate, et tenore præsentis concedimus, et indulgemus.

§. 5. Non obstantibus felicitis recordationis Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die secunda martii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quarto.

Derogatio concessio-

CCLXXII.

Concessio juris possidendi bona stabilia, ac recipiendi novas moniales chorales, et sorores conversas pro monialibus sancti Benedicti civitatis Eugubinæ.

Dat. die
6 martii
1804
anno IV.

Venerabili fratri
episcopo Eugubino.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam
benedictionem

§. 1. Exponi nuper fecerunt Nobis dilectæ in Christo filiæ moniales ordinis s. Benedicti istius Eugubinæ civitatis, quod ipsæ antea in binis monasteriis, altero s. Claræ, altero s. Martialis divisim isthic inhabitantes, in unam deinde translate,

Expositio præ-

et conjunctæ simul fuere communitatem monasterii de Carmelo nuncupati, ubi nunc manent, sed tantum ad tempus a rec. mem. Pio pp. VI. prædecessore Nostro præordinatum, quum per apostolicas suas in simili forma Brevis die decima secunda decembris 1786. expeditas literas monasteriorum hujusmodi suppressionem decrevit, eorumque bona, jura, et actiones conservatorio, seu refugio pio, ut ajunt, puellarum pauperum civitatis ejusdem perpetuo addixit, et alias, prout iisdem in literis, quarum tenorem præsentibus pro expresso haberi volumus, fusius contineri perhibetur. Quoniam vero isthæc decreta suppressio tunc demum iuxta dictarum literarum præscriptum perficienda plenarie foret, quum de communitate exponentium quinque tantum superessent moniales chorales, contigit interim, ut tibi, quem idem prædecessor ad harum ordinationum executionem opportunis cum facultatibus delegaverat, post varia super alimentis, quæ a patrimonio refugii monialibus exponentibus ad postremam usque earum extinctionem congrue suppeditari oportebat, adhibita experimenta, satius, et patrimonio utilius sit visum, undecim prædia, aliquotque census eis alimentorum loco assignare; tum contigit simul, ut economica hujus assignationis provisio tempus, locumque præbuerit animis viam excogitandi, qua moniales nihil de eo, quod ad utilitatem refugii extat præordinatum, auferri, et præstitutam ipsorum abolitionem censeant posse anteverti.

Proponunt idcirco

I.

§. 2. Soluturas se proprio aere in perpetuum quidquid persolvi opus fuerit pro reficiendis, conservandisque ædibus omnibus, et singulis tam ruralibus, quam urbanis, ad conservatorium prædicti refugii pii spectantibus, nec non soluturas pariter illud omne, quod a conservatorio jam solvitur, vel in futurum solvetur in taxas, contributiones, et onera publica, tum imposita, tum quomodolibet imponenda super fundis, et censibus, cæterisque quibuslibet bonis, quæ pos-

Conditiones
servandæ ad
gratiae effe-
ctus consequen-
dos.

sidet, ac possidere potuerit, ita tamen ut ipsæ moniales in plenam, liberamque redeant possessionem, et proprietatem bonorum, ac censuum, uti et utensilium domus, et ecclesiæ, quæ nunc eis assignata sunt dumtaxat in usum, et fructum, utque insuper ad recte æquilibrandas initio suarum rerum rationes, unde nunquam ad onera, quæ sibi assumunt, subiinde possint impares fieri, contribuatur ipsis a patrimonio refugii per septem subsequentes annos septingentena scutata, id est singulis centena annis in decursu septennii, vel integra summa hujusmodi prius etiam quam septennium effluat, si refugio commodum fuerit.

II.

Cedi ab exponentibus beneficio conservatorii omnes, et singulas dotēs, quæ occasione receptionum, et professionum tribui monasterio solent a novis professis, atque conversis, nihil retinendo pro se, nisi illud dumtaxat, quod præter, et ultra dotem percipitur pro reliquis educationis, vestitionis, et professionis expensis: has autem futuras dotēs deponi penes depositarium refugii ad extinguendum pro rata omne alienum æs, quod necessario contrahi a conservatorio debuit, ut ea, quæ prælaudatæ literæ præscribebant, mandarentur executioni: depositum porro dotum hujusmodi continuari usquedum tale æs alienum finietur dissolvi, imo ad dissolutionem hanc quantocius properandam statui debere per formale decretum, ut pro hujusmodi effectu etiam a patrimonio refugii centum deponantur scutata quotannis.

III.

Se suum præstare consensum, ut si forte ipsarum monasterium, atque communitatem quacumque ex causa contingat deficere; eo in casu omnia ipsorum bona, jura, et actiones relabantur conservatorio, ejusque proprietati, dominio, ac emolumento penitus cedant. Demum his ita propositis humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignarentur.

Gentiae executione prudentiae episcopi committitur.

§. 3. Nos igitur attento regularis olim Nostræ professionis inclyto ordine, quem exponentes profitentur, attentoque etiam, sicuti accepimus, desiderio tam fraternitatis tuæ præcipuo, tum istorum civium communi pro dictis monialibus ista in civitate servandis, ipsas exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, easque, ac earum singulas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per præsentem committimus, et mandamus, ut veris existentibus enarratis, et quatenus enarrata monasterio æque, ac conservatorio prædictis fore proficua in Domino duxeris, eisdem exponentibus licet ipsis ob præordinatam in memoratis literis earum suppressionem, nec aliquid ad præsens in proprietatem possidere, nec ullam rursus monialem tam de choralium, quam de conversarum, ut dicitur, classe admittere liceat, nihilominus tam bona, census, et utensilia superius recensita, quam alia quæcumque hujusmodi, licite eis aliunde obventura, post hac in proprietatem recipiendi, acquirendi, et retinendi, nec non moniales novas chorales, novasque sorores conversas eodem, quo antea, modo ad vestitionem, et professionem adsciscendi, admittendi, et in aliarum numerum coaptandi sub oneribus tamen, et conditionibus supra per ipsas propositis atque promissis, aliisque etiam provisionibus, et cautelis per te conservatorii favore capiendis, atque injungendis, licentiam, et facultatem, qua indigent, auctoritate Nostra apostolica pro tui arbitrio, et prudentia impertiaris, atque concedas, easque a lege, et obligatione subeundi suppressionem præscriptam prorsus absolvas.

§. 4. Decernentes easdem præsentem literas firmas, validas et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac dictis monialibus in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab illis, ad quos spectat,

Bull. Rom. Tom. XII. F. 75.

et spectabit quomodolibet in futurum inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, sublata eis, et eorum cuilibet aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et defini debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus memorati prædecessoris literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti conservatorii etiam jramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die sexta martii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quarto.

Derogatio contrariorum.



Clausula sublata, et decretum irritans.

Dat. die
7 martii
1801
anno IV.

CCLXXIII.

Erectio novæ parociæ in suburbio
nuncupato Pio ad paludes Pontinas.

Moderno episcopo Terraciniensi:

Pius PP. VII.

Venerabilis frater salutem,
et apostolicam benedictionem.

Proemium.

§. 1. Inter ceteras utilitates, quæ obvennerunt ex celebri opere assiduis curis assumpto, et ad exitum perducto per rec. mem. Pium pp. VI. prædecessorem Nostrum exiccandi, et ad culturam revocandi Pontinas paludes id aucto populo, atque commercio, multisque ædificiis extra istius civitatis mœnia extractis, præsertim ad oram maritimam, suburbium coaluerit, quod prælaudati pontificis nomine suburbium, seu burgum Pium isthic appellant.

Expositio precum.

§. 2. Sane cum accepimus voluisse pro pastoralis sua sollicitudine suburbanis incolis istis prospicere novæ parochiæ erectione, eamque ob causam in animum habuisse, ut a religiosa familia ordinis fratrum prædicatorum, quorum domui, ut vocant, generalitæ non exigua bona in regione ista concesserit, ecclesia s. Pii nuncupanda construeretur, sed quoniam id ob subsecutas rerum vicissitudines nondum confici potuit nuper Nobis non sine magno animi Nostri mœrore delatum Nobis est, incolas ejusmodi suburbanarum domorum, atque etiam eos damnatos ad opus publicum, qui in aggeribus fluviorum Pontinorum, aliisque laboribus occupantur, militesque per ista loca stationem habentes, necessariis Christianæ doctrinæ instructionibus, ac monitionibus carere, et sæpe etiam sine sacramentorum administratione e vita infeliciter migrare. Quapropter varias iis, quibus in civitate et agro Terraciniensi cura animarum incumbit, adducentibus excusationes; necesse fuit, ut a dilecto filio magistro Alexandro Lanæ cameræ Nostræ apostolicæ generali thesaurario, cui hanc rem præcipue commendavimus, mitteretur isthuc ab urbe presbyter idoneus sumptibus, ac stipendio cameræ Nostræ, qui de tui approbatione isto loco suburbio sub cappellani tituli vi-

ces parochi interim gereret, donec solidius atque stabilius enarratis malis remedium afferendum duceremus.

§. 3. Verum pro eo quod ab æterno pastore Nobis commissum est, munere animadvertentes periculo diutius differri non posse, volentesque etiam ut plebis dicti suburbii aucta magisque in dies forsitan excrescens, certum propriumque agnoscat rectorem, ideo novam parochiam in ecclesia inibi existente sub invocatione s. Mariæ Portus Salvi, sumptibus bo. mem. Nicolai Ajelli extracta, et a memorato Nostro prædecessore consecrata auctoritate apostolica tenore præsentium in perpetuum erigimus, atque instituimus modo, et conditionibus infrascriptis, videlicet accedente consensu patroni seu patronorum ejusdem ecclesiæ, quibus omnia patronatus jura intacta præservamus.

Erectio ecclesiæ parochialis.

§. 4. Sed quoniam novo parochio pars congruæ supplenda erit ex publico aerario, donec ibi milites et prædicti ad opus damnati detinebuntur, ac donec aliter a Nobis provideatur, propterea volumus, ut prima vice ad Nostrum thesaurarium generalem altera vice ad prædictos patronos, et sic futuris temporibus alternatim pertineat jus nominandi, ac præsentandi parochum rite examinandum, approbandumque, ac juxta sacrorum canonum, et concilii Tridentini in parochialibus juris patronatus laicorum præscripta a te, suisque pro tempore successoribus instituendum.

Dotatio ecclesiæ.

§. 5. Prædictæ autem ecclesiæ omnia jura, privilegia, honores, et facultates ecclesiis parochialibus de jure competentes concedimus, atque attribuimus, ac præsertim jus baptizandi, et sacrum fontem erigendi, ac retinendi. Ad sepulturas vero, et cæmeterium quum locus in ipsa ecclesia, ejusque pertinentiis neque commodus, neque sufficiens esse videatur, mandamus congruum situm præstari in cryptis vicini horti, qui ad Nostram cameram spectat. Eidem parochio ultra emolumenta, et obventiones ex hujusmodi curæ exercitio debitas, ac de jure permissas, ac præter præstationem a pio ecclesiæ fundatore relictam sacerdoti ea in ecclesia missam diebus festis celebranti, volumus etiam a Nostra camera præstari quotannis, rebus in

Concessio privilegiorum.

præsenti statu, ut supra, manentibus, scutata nonaginta monetae Romanæ, quorum triginta detrahenda erunt ex annua præstatione ab eadem Nostra camera fieri solita communitati Terracinae pro compensationibus conventis initio bonificationis Ponticæ anno MDCCLXXVII, atque ad prædictos effectus thesaurario generali omnes facultates necessarias impertimur. Hujus autem novæ paræciæ ambitum ita constituimus, ut comprehendat suburbium Pium, totumque illum Terracinae tractum, qui a mœnibus istius civitatis ad mare usque extenditur, suo prudenti arbitrio relinquentes facultatem designandi hinc inde limites, prout magis expedire videbitur, rurales domos incolentibus, ut a parochia istius ecclesiæ commodius instruantur, et sacramenta recipient. Qui limites semel designati, et constituti perpetuo in posterum servari debeant.

Exemptio no-
ae paræciæ
a jurisdictione
ecclesiæ ca-
thedralis Ter-
racinensis.

§. 6. Atque ita novam prædictam parochiam, parochum, suburbium, et agri tractum intra hujusmodi fines a quolibet jure et jurisdictione parochiali cathedralis ecclesiæ Terracinensis, ejusque capituli, et canonicorum, et quibuscumque eorum prætensionibus separamus, exinimus, ac perpetuo liberamus, sublata cuilibet desuper contradicendi, et reclamandi facultate, sive in judicio, sive extra judicium, quacumque ex causa, titulo, atque prætextu.

Clausula subla-
ta, et decre-
tum irritans.

§. 7. Decernentes easdem præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, neque ullum obreptionis, aut subreptionis vitium, aliumque defectum, a quoquam eis opponi posse, licet citati, et auditi non fuerint

præfati canonici, et quisquis alius sua interesse prætenderit, ac iis, ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum plenissime suffragari, et ab omnibus inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 8. Non obstantibus, quatenus opus sit, recentis memoriæ Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri super divisione materialium, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dictæ cathedralis ecclesiæ Terracinensis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die septima martii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quarto.

Derogatio con-
trariorum.



PIUS VII.

ANNO QUINTO



Dat. die
16 martii
1804
anno V.

CCLXXIV.

Erectio novæ domus congregationis
Oratorii sancti Philippi Nerii in ter-
ra sancti Laurentii in Campo.

Dilecto filio Nostro S. R. E. diacono
cardinali Albani nuncupato abbati
commendatario monasterii sancti
Laurentii in Campo nullius diœce-
sis, provinciæ Urbinatensis.

Pius PP. VII.

Dilecte fili Noster salutem,
et apostolicam benedictionem.

Expositio præ-
sum.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fe-
cit dilectus filius Joseph Medici præ-
sbyter sæcularis congregationis sancti
Philippi Nerii, ac dilecti filii cano-
nici prioris Dominici Baldoni pro-
curator ad infrascripta exequenda con-
stitutus, quod ipse ad majorem Dei glo-
riam, ac spiritualem istius terræ san-
cti Laurentii in Campo utilitatem,
nam domum presbyterorum sæcu-
larium ejusdem congregationis Ora-
torii ex bonis a dicto Carolo per suam
irrevocabilem donationem inter vivos
assignatis erigi posse plurimum de-
siderat: Nobis propterea humiliter
supplicari fecit, ut in præmissis op-
portune providere, et ut infra indul-
gere de benignitate apostolica digna-
remur.

Tenor conces-
sionis.

§. 2. Nos igitur dictum Jose-
phum specialibus gratiis et favoribus
prosequi volentes, et a quibusvis ex-
communicationis, suspensionis, et in-
terdicti, aliisque ecclesiasticis censu-
ris, sententiis, et pœnis quovis mo-
do, et quacumque de causa latis si

quas forte incurrit, hujus tantum rei
gratia absolventes, et absolutum fore
censentes, supplicationibus hujusmodi
inclinati, circumspeditioni tuæ per
præsentes injungimus, ut veris exi-
stentibus narratis, et constituto tibi quod
omnia ad præscriptum constitutio-
num apostolicarum requisita concu-
rant, ad petitam erectionem novæ
domus congregationis prædictæ Ora-
torii sancti Philippi Nerii, quatenus
ipsius ædes cum ecclesia, campani-
li, sacristia, refectorio, et aliis of-
ficinis fuerint absolutæ, et supelle-
cili tum sacra, tum prophana suf-
ficienter instructæ, atque hisce ex-
pressis legibus, ut novæ domus hu-
jusmodi presbyteri tibi, ac pro tem-
pore existenti commendatario abbati
perpetuo subjaceant quantum per le-
ges, et constitutiones sancti funda-
toris apostolica auctoritate confirma-
tas fieri licet. Secundo, ut bona pro hu-
jusmodi nova domo assignata nec ali-
cui alii domui ejusdem congregatio-
nis incorporari, neque ad alios pios
usus distrahi ullo unquam tempore
possint. Tertio si, et quando dicti præ-
sbyteri in hujusmodi domo degere
nequeant, aut nolint, tunc Nobis,
et Romanis pontificibus pro tempore
existentibus successoribus Nostris in-
tegrum sit de dictis ædibus, et bonis
disponere, prout in Domino videbi-
tur, auctoritate Nostra apostolica pro
tuo arbitrio, et conscientia procedas,
nec non domus hujusmodi sic erigen-
dæ presbyteris, ut omnibus, et sin-
gulis privilegiis, gratiis, et favoribus
spiritualibus, et temporalibus, qui-
bus ejusdem congregationis domus
sanctæ Mariæ in Vallicella de urbe po-
titur, et gaudet, pari modo potiri,
et gaudere in perpetuum libere, et
licite possint, et valeant, auctori-
tate, et arbitrio prædictis concedas, et
indulgeas.

Derogatio con-
trariorum.

§. 3. Non obstantibus, quatenus opus sit, congregationis prædictæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima sexta martii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCLXXV.

Dat. die
23 martii
1801
anno V.

Exemptio ab omni onere, et gabela super piscatione ad Pontem Ruptum, et jure ibi piscandi pro ecclesia parochiali sanctissimi Salvatoris de urbe ad pontem prædictum.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Expositio pre-
cui.

§. 1. Quum sicut dilectus frater modernus rector parochialis ecclesiæ sanctissimi Salvatoris de urbe ad Pontem Ruptum nuper fecit exponi, jure sub eodem ponte piscandi seu piscari faciendi ecclesiæ hujusmodi polleat: ipse autem rector ad beneficium pauperum quibus ea in parochia degentibus parochi pro tempore ob parochialium fructuum tenuitatem parum possunt opitulari, cupiat atque exoret humiliter eximi per Nos tale jus ab omni, et quocumque onere, perinde ac exemptum est jus simile, quod a capitulo ecclesiæ sanctæ Mariæ trans Tiberim posside-

tur ad pontem Sixtum, ubi ex apostolico, ut asseritur, privilegio nihil omnino solvitur pro vectigali, seu taxa, et gabella communi, nec quidpiam quoque impenditur atque præstatur pro captis inibi piscibus, quorum capita in Capitolii mensura recensentur.

§. 2. Nos ipsum exponentem specialibus gratis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, ut post hac memorata parochialis ecclesiæ, ejusque rectores pro tempore in perpetuum iisdem privilegiis, ac exemptionibus, quibus ut præfertur capitulum sanctæ Mariæ trans Tiberim quoad suam in ponte Sixto piscationem potitur, et gaudet, similiter in piscatione ad Pontem Ruptum facienda potiri et gaudere libere in omnibus, et per omnia possint ac debeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Tenor concessio-
nis.

§. 3. Decernentes easdem præsententes literas firmas validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et ecclesiæ et parochis prædictis in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sub-
lata, et decre-
tum, irritans.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis etiam speciali et expressa mentione ac derogatione dignis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima tertia martii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Derogatio con-
trariorum.

Dat. die
24 martii
1804
anno V.

CCLXXVI.

Novæ concessiones in favorem agriculturæ in agro Romano, ac provinciis Latii, Sabinæ, et Patrimonii s. Petri.

NOTIFICAZIONE

Giuseppe per la divina misericordia vescovo di Frascati, commendatario di s. Cecilia, card. Doria Pamphilj, della Santa Romana Chiesa pro-camerlengo.

Pro camera-
rius chirogra-
phi publicatio
non curat.

§. 1. **P**remendo alla Santità di Nostro signore Pio papa VII. che restino eliminati tutti gli ostacoli, li quali potrebbero eludere li benefici effetti delle disposizioni prese, e pubblicate col moto proprio delli 15. settembre 1802. pel favore, e l'accrescimento dell'agricoltura tanto nell'agro Romano, che nelle provincie suburbane di Marittima e Campagna, Lazio, Sabina, e Patrimonio, è piaciuto alla stessa Santità Sua di dare una maggiore estensione al provvedimento contenuto nel surriferito moto proprio all' articolo 5. del capitolo II., come potrà ognuno meglio rilevare dalla lettura della nuova cedola di moto proprio segnata da Sua Beatitudine li 24 marzo scorso, che è del tenore seguente, cioè

Pius PP. VII.

Motu proprio

Tenor chiro-
graphi.

§. 2. L' oggetto di animare, e promuovere più particolarmente l'agricoltura nelle vaste, e poco coltivate campagne dell'agro Romano, e di una gran parte delle provincie suburbane, c' indusse a prescrivere li provvedimenti, che si contengono nella Nostra cedola di moto proprio delli 15 settembre 1802. Essi sono principalmente diretti ad ottenere quella maggior divisione dei latifondj, la quale è lungo tempo, che da tutti generalmente si desidera come il migliore, e il più sicuro mezzo, onde restituire le predette campagne a quel florido stato di coltivazione, che un tempo esse offrivano, e che avventurosamente appurato si ritrova nelle altre più lontane provincie del No-

Bull. Rom. Tom. XII. F. 75.

stro stato, nelle quali li possessi fondiarij sono divisi in diverse colonie. E per assicurare maggiormente un tale importante oggetto nel medesimo moto proprio credemmo di doverci occupare in rimuovere tutti quelli ostacoli, e quelli inceppamenti, che li rispettivi proprietari avrebbero potuto incontrare in effettuare la stessa tanto desiderata divisione dei loro latifondj, non avendo perduto di vista quello ancora, che poteva provenire dal così detto diritto del retratto; al quale effetto disponemmo all' articolo 5. del capitolo II. di detto Nostro moto proprio, che qualora le suddette divisioni de' latifondi seguissero col mezzo di vendite, non potesse mai aver luogo alcun diritto di retratto, o prelazione a favore del possessore del terreno vicino.

§. 3. Siccome però questa disposizione del predetto art. 5. oltre ad essere ristretta ai soli circondarij migliarij, che a tenore del medesimo moto proprio incominciano ad andare nel corrente anno soggetti alla nuova tassa di miglioramento, e a quelli, che vi si assoggetteranno in appresso, non comprende, che il solo caso, in cui un possessore di latifondo soltanto ne alieni una porzione; così non abbiamo tralasciato di considerare, che tanto all' occasione di vendita di terreni situati fuori dei predetti circondarij migliarij soggetti alla riferita nuova tassa di miglioramento, quanto nel caso, in cui la vendita stessa si estendesse alla totalità del fondo, avrebbe continuato a militare a favore del possessore del terreno contiguo il predetto diritto del retratto; e in tutti questi casi per conseguenza ben lungi dal diminuirsi li latifondj si sarebbero anzi andati maggiormente ingrossando, in manifesta opposizione delle anzidette Nostre benefiche viste dirette al rifiorimento dell'agricoltura col mezzo della enunciata tanto desiderata divisione de' latifondj. Perciò dopo di avere inteso il parere della Nostra congregazione economica, la quale si è maturamente occupata di un tale oggetto nella sessione delli 20. febbrajo scaduto, ed approvando intieramente la risoluzione della medesima, siamo venuti nella benigna determinazione di estendere, come colla presente Nostra cedola,

De jure re-
tractus in ven-
ditionibus fi-
nitimis conce-
dendo.

in cui abbiamo per espresso, e di parola in parola inserito il tenore di qualsivoglia cosa necessaria ad esprimersi, di Nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra suprema podestà estendiamo a tutti li casi possibili, e indistintamente a tutti i fondi la disposizione contenuta come sopra nel riferito articolo 5. del capitolo II. del citato Nostro moto proprio delli 15. settembre 1802. E in conseguenza dichiariamo, che tanto nei prescritti circondarj migliori, li quali nel corrente anno 1804. incominciano ad essere sottoposti, o soggiaceranno in appresso alla nuova tassa di miglioramento, quanto fuori dei medesimi circondarj, e parimenti sì dentro le così dette vigne di Roma, come in qualunque parte dell' agro Romano, e circonvicine provincie comprese nei provvedimenti del più volte citato moto proprio delli 15. settembre 1802., non potrà mai d' ora innanzi in alcun caso essere permesso a verun proprietario di terreno di costringere il possessore vicino di un fondo a cederglielo; e parimenti nel caso, che questi volesse o in tutto, o in parte alienarlo, al suddetto proprietario del fondo vicino non potrà mai competere alcuna prelazione, giacchè tanto in un caso, che nell' altro verrebbe a contrariarsi lo spirito dell' enunciata Nostra legge diretta alla suddivisione de' latifondj, li quali in tutti e due li suddetti casi verrebbero anzi maggiormente ad ingrossarsi; al quale effetto colla pienezza della Nostra suprema podestà deroghiamo alla nota costituzione delli 3 ottobre 1574. di Gregorio XIII. Nostro predecessore di felice ricordanza in quella parte, in cui parla del retratto sopra li predj rustici, non meno che alle successive di altri Nostri predecessori nelle quali la medesima sia stata confermata, come ancora alle disposizioni statutarie confermate anche in forma specifica, e a qualunque altra legge, privilegio, o consuetudine, che facesse, o potesse fare in contrario.

Confirmatio
aliarum legum
ad rem edita-
rum.

§. 4. Con questa ampliazione del divisato articolo del predetto moto proprio delli 15. settembre 1802 Noi diamo sempre più chiaramente a conoscere quanto siamo animati dal desiderio di vedere estesa, e perfezionata l'agricoltura nel Nostro stato;

e in conseguenza ognuno potrà di leggeri immaginarsi, che saremo per insistere su la più esatta esecuzione dei diversi provvedimenti prescritti col moto proprio medesimo in vista dell' enunciato doppio interessante oggetto di accrescere, e perfezionare l'agricoltura, e che non saremo certamente per permettere che anche di detta Nostra legge abbia ad accadere ciò che è successo di tanti altri provvedimenti stabilimenti, li quali non per altra cagione non hanno corrisposto alla loro aspettazione, se non perchè se n'è in progresso di tempo trascurata la esecuzione, e l'osservanza. Nulladimeno affinchè da tutti meglio si conosca questa Nostra costante volontà, e determinazione ci prevalghiamo del presente incontro per confermare, come confermiamo in tutte le sue parti l'anzidetta legge delli 15. settembre 1802. E perciò nuovamente altresì incolchiamo alla deputazione annonaria di usare di tutta la maggiore attività, e diligenza in proposito della divisata esecuzione dei riferiti provvedimenti conteuti nella legge stessa; poichè tale è mente, e volontà Nostra espressa.

§. 5. Volendo, e decretando, che al presente Nostro moto proprio, benchè non esibito, nè registrato in camera, nè ne' suoi libri, non possa mai darsi, nè opporsi di surrezione, orrezione, o altro vizio, o difetto della Nostra volontà, ma che così, e non altrimenti debba sempre nelle cose premesse giudicarsi, ed interpretarsi da qualunque giudice, o tribunale, benchè collegiale, congregazioni anche di reverendissimi cardinali, camerlengo di s. Chiesa, tesoriere, rota, camera, e qualunque altro, togliendo loro, ed a ciascuno di essi ogni facoltà, e giurisdizione de definire, ed interpretare in contrario; dichiarando Noi preventivamente fino d' adesso nullo, irritato, ed invalido tutto ciò, che da ciascuno di essi con qualsivoglia autorità scientemente, o ignorantemente si giudicasse, o tentasse di giudicare contro quanto si dispone nel presente Nostro moto proprio, quale dovrà avere il suo pieno vigore, benchè non vi sia stata chiamata, nè sentita qualunque persona, o corpo benchè privilegiato, privilegiatissimo, ecclesiastico, luoghi pii, ed altri, che avessero, o pretendes-

Clause salutis,
et iurisdictionis.

sero avervi interesse. Non ostante la bolla di Pio IV. *de registrandis*, la regola della Nostra cancellaria *de jure quaesito non tollendo*.

Derogatio con-
trario.

§. 6. Non ostanti ancora qualsiasi chirografo, brevi, ordinazioni, e costituzioni apostoliche Nostre, e de' Nostri predecessori, bandi, ed editti, leggi, statuti, riforme, stili, e consuetudini, e qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole avendone il tenore qui per espresso, e di parola in parola inserto, e registrato, supplendo Noi colla pienezza della Nostra potestà ad ogni vizio, o difetto, che vi potesse intervenire per questa sola volta, e per la piena esecuzione di quanto si contiene nel presente Nostro moto proprio ampiamente, e nella più valida forma deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Quirinale questo dì 24 marzo 1804.

PIUS PP. VII

Affinchè pertanto l'enunciata nuova benefica disposizione che ad ulterior favore dell'agricoltura tanto nell'agro Romano, che nelle provincie suburbane è piaciuto a Sua Beatitudine di prescrivere colla riportata special cedola di moto proprio delli 24 marzo scaduto si deduca prontamente a notizia del pubblico, e niuno possa mai allegarne ignoranza, vogliamo, ed ordiniamo, che la presente Nostra notificazione venga pubblicata, ed affissa nei soliti siti di questa capitale, e delle altre città, e luoghi principali delle stesse provincie suburbane. Data in camera apostolica questo dì 6 aprile 1804.

G. card. Doria Pamphilj pro
camerlengo

P. Ferrari auditore

Nicola Nardi segr. e cancel.
della R.C.A.

GCLXXVII.

Allocutio habita in consistorio secreto diei 26 martii 1804 in creatione duorum S. R. E. cardinalium.

Venerabiles frates.

Quo potissimum in eligendis S. R. E. cardinalibus consilio duceremur, quid in viris ad summos honores promovendis praecipue Nos, constanterque spectaturi essemus, ex hoc ipso, venerabiles frates, loco alias a Nobis patefactum est. Id scilicet Nobis, simul ac ad supremam Petri cathedram erecti sumus, propositum esse apertissime declaravimus, ut in conferendis ecclesiae dignitatibus illorum in primis rationem haberemus, qui christiana virtutum, et meritorum suppellectile magis abundarent, quique muneribus, quae ipsis demandata fuissent, magna cum laude perfuncti, gravissimis ad maiora suffragiis vocarentur. Non alia certe, praeter hanc, patet via vel ad homines optime de Ecclesia meritos iustis praemiis afficiendos, vel ad alios, ut praeclara illorum vestigia sequantur, acrius excitandos.

Hoc sane proposito, cuius Nos tenacissimos fore pollicemur, adducti sumus, ut Carolum Opizzonium Bononiensis ecclesiae archiepiscopum in numerum S. R. E. cardinalium adscisceremus. Is enim difficillimo tempore cum in rebus catholicae religionis tuendis omnes ingenii, zeli, que sui vires firmissime exeruisset, praeclare de eadem religione, optimeque meritus est: in Bononiensi archiepiscopatu postea gerendo prudentia, constantia, integritate, omnibus denique virtutibus, quae maxime episcopum decent, ita se Nobis commendavit, ut dignum plane iudicaverimus, quem vestro, venerabiles frates, collegio adscriberemus. Atque id quidem ab aliquo iam tempore taciti decreveramus. Quo enim magis virtutum ille suarum in pastoralium munere obeundo censum ampliavit, eo paternus Nostrae erga eum charitatis affectus intensior, acriorque factus est. Etsi vero Nostrae in eum voluntatis aliquot indicia ei dedis-

Dat. die
26 martii
1804
anno V.

semus, Nostrum tamen consilium ad exitum perducere aliquanto distulimus, ut nimirum novis ipse meritis cumularetur, digniorque vobis, venerabiles fratres, et cunctae Ecclesiae eo dignitatis gradu appareret, ad quem libentissimo illum animo hodie promovemus.

Confidimus, antistitem ornatissimum nova hac amplissimi honoris accessione decoratum acrioribus ad procurandum Ecclesiae bonum stimulis excitatum iri, Nobisque, et apostolicae Sedi ita adfuturum, ut merito Nos tantam ei dignitatem contulisse omnibus videamur.

Quae cum ita sint, ad majorem omnipotentis Dei gloriam, Sanctae Romanae Ecclesiae utilitatem, ac decus creare intendimus cardinalem Carolum Opizzoni archiepiscopum Bononiensem.

Quid vobis videtur?

Auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum apostolorum Petri, et Pauli, ac Nostra creamus S. R. E. presbyterum cardinalem.

Carolus Opizzoni archiepiscopum Bononiensem.

Alterum item egregium virum collegio vestro adjiciendum putavimus, quem tamen in pectore reservamus, arbitrio Nostro quaecumque evulgandum; cum omnibus dispensationibus, derogationibus, et clausulis necessariis, et opportunis. In nomine Patris α , et Filii β , et Spiritus γ Sancti. Amen.

CCLXXVIII

Dat die
27 martii
1801
anno 9.

Instante custode conventus s. Francisci Muri Veteris in Hispania, indulgetur, ut etiam mulieres possint ingredi, et egredi per ecclesiae januam, quae ducit ad claustra inferiora conventus tam pro indulgentia portiunculae, quam in processionibus, quae per eadem claustra fiunt.

Venerabili fratri
archiepiscopo Valentino

Pius pp. VII

Ven. frater, salutem,
et apostolicam benedictionem.

§. 1. **N**uper Nobis exponi fecit Expositio pro-
cum. dilectus filius Antonius Martinez custos conventus sancti Francisci Muri Veteris, olim Sagunti, Nos ejus, ut asserit, antecessori, dum custodis munere fungeretur, indulgisse ad triennium, ut omnes utriusque sexus christifideles, qui metu solis nimium in conventus platea augusti mense aestuantis a portiunculae indulgentia lucranda non parum avertabantur, ingredi, egredique possent in festo sanctae Mariae Angelorum ecclesiam ejusdem conventus per januam, quae ad inferiora claustra ducit; tum etiam ut ne causa imbrum, qui frequentes ibi esse solent, quaedam processiones eam per plateam fieri consuetae impedirentur, peragi illae valerent per eadem claustra, si tempore processionum imbres de coelo ruere contigisset. Quum autem compertum experientia sit, devotionem, pietatemque fidelium non mediocre ex hujusmodi indulto Nostro incrementum accepisse, ideo quo latiores in ea Domini vinea agat radices, summo opere cupit exponens, idem indultum, prius quam triennii tempus expiret non modo per Nos confirmari, sed etiam perpetuum reddi, perpetuoque pariter ampliari ad alias tres processiones, quae incedentibus una clero, communitatibus, et populo oppidi ibidem fiunt diebus trigesima julii, decima augusti, et feria sexta maioris hebdomadae singulis annis, nimirum, ut ad aestivas molestias, hybernasque inclementias penitus evi-

tandas, quum caloribus, pluviarum, ventorumque vis ingruit, liceat tunc his in processibus, aliisque superius recensitis inferius coenobii claustrum permeare, vel mulieribus processionem sequentibus, ac cum periculo valetudinis in platea se sistere, ibique processionis reditum debeant expectare. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

Tenor concessio-
nis.

§. 2. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuae, uti ordinis generali ministro, per praesentes committimus, et mandamus, ut constituto tibi de narratis, ac proviso per datam tibi a Deo sapientiam, ne ulla unquam eventura sint scandala, super quo etiam custodum pro tempore conscientiam onerabis; exponentis precibus pro tui conscientia, et arbitrio indulgeas juxta petita; Nos enim tibi omnes, quae tibi ad id opus sunt, facultates auctoritate apostolica tribuimus, ac impertimur.

Derogatio con-
tracorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et conventus praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis,

irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima septima martii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCLXXIX.

Homilia habita in basilica Vaticana die 3 aprilis 1804. in consecratione r.p.d. Joachimi Tosii episcopi Aaagnini.

Dat. die
3 aprilis
1804
anno V.

A pastorem principem, qui dives est in misericordia sua, tanquam Aaron per ministerium Nostrum, qui licet indignissimi, vices ejus in terris gerimus, vocatus ut pontifex fieres, sedulo cognita, venerabilis frater, cathedram, quam suscepisti oneris potius esse, quam honoris; operis, quam nominis; virtutum denique certe, non divitiarum (1): nec caeteroquin quod maxime praec oculis habendum esse monet s. Hieronymus, dignitatem, vel dignitatum nomina, sed opus dignitatis et principes, et judices, et sacerdotes salvare consuevisse (2). Ad episcopatum eVectus speculator factus es domui Israel: oportet itaque te vigilem esse, et perspicacem, ac plusquam ducem exercitus dñi, noctuque castra percurrere, omniamque curam, et sollicitudinem gerere (3). Sanctae Aaagninae ecclesiae plurimum

(1) Ex ep. CCCXXVIII. s. Bernardi nomine scriptam a Nicolao Clara Vallensi tom. I. op. ejusdem s. Bernardi col. 380. edit. Parisien. Mabilonii annor. 1719.

(2) In cap. III. Sophoniae tom VI. edit. Vallarsii Veron. an. 1734. col. 721.

(3) S. Jean. Chrisostomus hom. X. in I. ad Timoth. cap. 3. pag. 599. edit. Parisien. Montfauconii ann. 1718.

civium suorum; qui gloriosissimum subiere martyrrium, sanguine clarissimæ, quæque tot habuit antistites doctrina, et sanctitate celebres, materque fecunda extitit nonnullorum summorum pontificum, desponsatus, totus in curando, augendoque sponsæ tuæ decore esse debes, et, quam ab ipsis apostolorum temporibus se accepisse gloriatur, evangelicam fidem intemeratam, incorruptamque servare. In quo quidem officio eo ferventius te laborare necesse est, quo periculosiora, acerbioraque sunt tempora, in quibus versamur. Nec enim te latet, quod omnibus perspicuum est, tantam esse infelicissima hac ætate incredulorum copiam, tam magnam morum corruptionem, tam diram Ecclesiæ persecutionem, ut instare plane, presinsque Nos urgere videatur calamitosa ea tempestas, quam futuram his verbis prædixit apostolus » Hoc autem scito, quod in novissimis diebus erant homines se ipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemæ, parentibus non obediens, ingrati, scelesti, voluptatum magis amatores, quam Dei (1) » Tantam namque hujus furtivæ hominum copiam ubique vagari videmus, ut vix oculos attollere possimus, quia in horum plurimos incidamus. Hi autem magno numero, frustra clamantibus, sæpe etiam conviventibus iis, qui auctoritate sua eos compescere, publicamque morum honestatem, et religionis jura tueri deberent, bonis moribus, religioni, imo, quod sine ingenti horrore dici nequit, ipsi religionis auctori Deo apertum bellum indicentes, subdolis artibus millies profligatos errores e cerneribus revocantes, et falsi nominis quamdam philosophiam, quam rectius stultitiam dicerent, protendent, in id unum incumbere videntur, ut e fidelium cordibus omnem religionem evellant. In tanta porro malorum colluvie, quam dubitandum minime est a Deo permitti, ut dormientes excitentur, fortes exercentur, boni meliores fiant, mali ovina jam sponte abjecta pelle, sub qua latebant, manifestius agnoscan-

tur; vides profecto quanta tibi sit opus vigilantia, ne laporum ubique discurrentium rabidi dentes commissas tibi oves attingant; quanta te charitate ardere oporteat in confirmandis bonis in bono; quo zelo in avertendis a malo malis; qua denique animi fortitudine præstare debeas, ut arcere possis a finibus eoncredite tibi diœcesis pestilentem contagionem illam; quæ tam late hodie per universum orbem diffunditur, Accinctus itaque armatura Dei, virtuteque indutus Spiritus Sancti, qui mirabili quodam modo hodie per impositionem manuum Nostrarum in te descendit, suaque septiformi gratia roboravit, ut possis stare adversus diaboli insidias, sollicitè cura, te ipsum probabilem exhibere Deo operarium, inconfusibilem, recte tractantem verbum veritatis. Tui muneris est, quod infirmum est, consolidare, quod ægrotum, sanare, quod contractum, illigare, quod abjectum, conquirere: magno ergo animo exequere officium tuum. Non te deterreat vel adversariorum, si qui fuerint, potentia, vel multiplices eorum fraudes, nocendique artes. In alto loco cum sis positus, magno tibi opus est animo. Nil timeas in exequendo ministerio tuo, nisi Deum, qui animas, quas regendas suscepisti, requirit de manu tua. Sermo Dei penetrabilior omni gladio accipiti, et pertingens usque ad divisionem animæ (2) sit lorica tua, nihilque contra te valebant inferni conatus. Argue, obsecra, increpa in omni patientia, et doctrina (3). Sit tamen prædictio tua non in persuasibilibus sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, et virtutis (4): longe quippe facundior est operis splendor, quam sermonis; qui propterea cæteris præes, virtute præstare potissimum debes, ut prodesse valeas; Deique legem verbo quidem prædicare, sed multo magis exemplo; exempla enim qualibet etiam disertissima oratione multo sunt eloquentiora. Præclara menti tuæ tenacissime semper inhæreat s. Bonaventuræ sententia. Prælati Ecclesiæ, inquit

(1) *II. ad Timoth. III. 1. 2.*(2) *Ad Hebræos IV. 12.*(3) *II. ad Timoth. IV. 2.*(4) *I. ad Cor. II. 4.*

ille, apostolis assimilari debent, qui cœli merito dicti sunt. Nomine enim cœlorum intelligitur auctoritas iudicis, et prælatorum, qui sicut in officii dignitate, sic in merito, et vitæ sanctitate cœlestem apostolorum conversationem debent in se ipsis exhibere. Auctoritas enim apostolica in cœlestibus sacramentis distribuendis, in verbi mysteriis exponendis, in sopiendis litibus, et iudiciis faciendis ad ecclesiarum prælatos est ex ordinatione divina derivata. Cœlestis igitur debent esse virtutis, et naturæ, qui se, et alios debent de cœlestibus expedire (1). Quæ quidem a s. doctore verissime dicta profecto tibi commendabunt gravitatem operis, quod aggredieris, discesque in altum positus, non altum sapere, sed de te ipso timere, et non in tuis viribus, laboribus, industria, sed in solo superno auxilio illius, qui potens est vel de lapidibus suscitare filios Abrahæ, totam fiduciam tuam ponere: nec enim qui plantat, neque qui rigat aliquid est, sed qui incrementum dat Deus (2). Ipse autem aderit tibi, si assidue oratione, jejunio, bonis operibus, tui, quod præcipuum est, abnegatione, effluisque gemitibus cœlestia ejus dona ad procurandam animarum tibi concreditarum salutem expostulaveris; qui ut dignitatem tibi dedit, dabit etiam virtutem (3).

Quoniam vero nec ubique esse, nec omnia per te ipsum facere potes, tuum est adsciscere tibi seniores non tam ætate, quam moribus. Non dubitamus, quia plures præsto futuri sint in ecclesia tibi commissa, sed necesse est, ut cures, ne hi successoribus sui similibus careant. In efformandis itaque juvenibus, qui ad altaris ministerium vocantur, maxima anxietate laborabis. Sedulo eorum mores inspicere debes, nec cuiquam facile manum imponere. Ex nimia indulgentia admitteendi ad ecclesiasticos gradus, non ignoras profecto quot gravia Ecclesiæ mala importentur. Ecclesiasticus ali-

quis probus est? laudatur ipse. Eorum aliquis est malus? maledicta, impropria, convicia in totum corpus effunduntur, et quod deterius est, inde mali peccati defensionem quaerunt. Interest gloriæ, interest tranquillitatis tuæ, et quod gravius est, interest securitati conscientiae tuæ, saluti interest universi gregis tui, ut quos ad sacros ordines, ad Ecclesiæ ministeria, ad animarum curam vocaveris, sint sana doctrina instructi, moribus integri, ad erudiendum populum idonei, in administratione Sacramentorum circumspecti, ut cunctis præluceant in verbo, in conversatione, in charitate, in fide, in castitate. Hisce enim adjutoribus indiges in excolendo agro Dominico, quem cum solus excolere non possis, his præsiidiis instructus, certare debes honora certamen, baculoque pastoris, et quasi canum latratu lupos ab ovili arcere, corruptos mores emendare, populum ad Dei cultum excitare, pertinacibus in malo resistere, et hæc omnia præstare suaviter, in charitate non ficta, in verbo veritatis. Plus enim proficies charitate, clementia, mansuetudine, quam nimia severitate. Discretio sit moderatrix tua (4). In paternis admonitionibus, in severis potissimum correptionibus, sis temporis, loci, modique observator. Id satis tibi commendare non possumus: usu quippe, experientiaque didicimus Nos ipsi, in irritum omnia cedere, ubi debita temporis, loci, atque modi ratio non habeatur. Dum tamen tibi servandam in omnibus matris charitatem proponimus, non idcirco volumus te patris, iudicisque severitatis oblivisci. Raro quidem utendum ipsa est. Utendum tamen. Erit tibi quandoque necesse impudentiæ resistere, frontemque fronte concutere; cum nempe in homines duræ, et attritiæ cervicis incidetis, qui nec precibus, neque hortationibus, neque correptionibus, neque minis cedunt. Dei zelo ardens virga animadversionis ipsis resistes, nec pa-

(1) *De hierarchia ecclesiastica* p. 4. cap. 3.

(2) *Ex I. ad Cor. III. 7. 1.*

(3) *Ex serm. II. s. Leonis in die annivers. tom. 1. col. 9. edit. Venetæ Ballerin. an. 1754.*

(4) *S. Bernardus lib. II. c. 2. col. 430. cit. edit.*

tieris ovem infectam totum ovile inficere. Gerens autem aliorum curam, vide, ne tui obliviscaris: quid enim tibi proderit si mundum universum lucreris, animæ tuæ detrimentum patiaris? Cum primum ad tuam diocesim perveneris omnium oculi in te convertentur, domus tua, ut scribebat Hieronymus ad Heliodorum episcopum (1), et conversatio quasi in specula constituta magistra erit publicæ disciplinæ. Quidquid tu feceris, id sibi omnes faciendum putabunt. Id porro si assidue animo revolveris, profecto nedum a virtute nunquam deflectes, sed in ipsa, prout dignitas tua postulat, proficies quotidie in sapientia, in intellectu, in longanimitate, in fide, in charitate non ficta, et a justo iudice amplam eam mercedem consequeris, quam ex animo tibi imploramus.

CCLXXX.

Confirmatio decreti congregationis Rituum cum insertione ejusdem pro clero, et populo burgi Huercal Almeriensis civitatis.

Pius PP. VII

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii clerus, et populus burgi Huercal civitatis Almeriensis, quod ipsi ab infrascripta cardinalium congregatione obtinuerunt decretum tenoris sequentis, videlicet.

§. 2. Electo nuper a clero, et populo burgi vulgo nuncupati Huercal civitatis Almeriensis s. Josepho beatæ Mariæ virginis sponso in patronum principalem dicti burgi, modo ex parte eorundem pro confirmatione prefatæ electionis sacrorum Rituum congregationi supplicatum fuit: et sacra eadem congregatio, ad relationem eminentissimi, et reverendissimi domini cardinalis Saluzzo, loca eminentissimi, et reverendissimi domini

cardinalis Caracciolo ponentis, attento quod hujusmodi electio servatis servandis, et juxta præscriptum in decreto sanctæ memoriæ Urbani VIII. die 23 martii 1635 edito legitime, et accedente etiam consensu reverendissimi episcopi facta fuerit, eam approbavit, et confirmavit, prædictique s. Josephi sic in patronum principalem electi festivitati patrocinii, ut ipse clerus et populus orator exoptat, officium ritus duplicis primæ classis cum octava, ac prærogativas omnes alias sanctorum patronorum principalium festis competentes attribuit, atque concessit die 13 martii 1804.

Julius M. card. de Somalia S.R.E.
præfectus

Loco ✕ Signi.

§. 3. Cum autem, sicut in eadem expositione additum erat, quo præinsertum decretum firmiter subsistat, et servetur exactius apostolicæ Nostræ confirmationis subsidio muniri summopere desiderent. Nos ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, idem decretum, et singula in eo contenta auctoritate apostolica, tenore præsentium confirmamus, et adprobamus, illique inviolabilis, ac perpetuæ apostolicæ firmitatis robur adjicimus, et omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper in eo intervenierint, supplemus, et sanamus.

§. 4. Decernentes ipsas præsentibus literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostræ apostolice auditores; ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet

Dat. die
6 aprilis
1804
anno V.

Expositio præ-
cum.

Tenor decreti
confirmandi.

Confirmatio
apostolica.

Chusula sub-
lata, et decre-
tum irritans.

(1) *Ep. G. in cit. edit. tom. I. col. 340.*

quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et defini debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum,

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus apud sit, dicti burgi consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus et singulis illorum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad premissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die sexta aprilis millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCLXXXI.

Confirmatio decreti congregationis Rituum pro oratorio de Vineals loci de Flassà Gerundensis diocesis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Cum sicut dilecti filii pii fideles loci de Flassà Gerundensis diocesis Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi pro eo, quo in Deiparam afficiuntur devotionis affectu, ejusdem cultum, et venerationem in dies augeri summopere desiderent, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, illorumque sin-

Bull. Rom. Tom. XII. F. 75.

gulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, audito etiam dilecto filio magistro Julio de Carpineo sacrorum rituum congregationis secretario, ut posthac in oratorio publico domus de Vineals dicti loci die xvi. mensis julii festum commemorationis beatæ Mariæ Virginis de monte Carmelo agatur cum omnibus missis propriis de eadem commemoratione, etiamsi occurrat in eodem die festum triumphæ sanctæ Crucis, dummodo tamen officium triumphæ sanctæ Crucis non sit ritus dupl. primæ, vel secundæ classis; si autem fuerit ritus dupl. secundæ classis dumtaxat, una tantum missa cum cantu de prædicta commemoratione Beatæ Mariæ Virginis de monte Carmelo celebretur, auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti publici oratorii consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad premissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die sexta aprilis millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Derogatio contrariorum.

Dat. die
9 aprilis
1804
anno V.

CCLXXXII.
Reservatur super fructibus mensæ episcopalis Palentinæ in perpetuum pensio pro dotatione regie cappellæ del Pardo nuncupatæ.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Pastoralis curæ Nobis impositæ munus hæc, inter alias, sollicitudinem a Nobis exposcit, ut ecclesiæ omnes opportuna dotatione munitæ dignoscantur, ad hoc ut in eis quantum fieri potest divinus cultus augeatur, ideoque animum Nostrum catholicorum principum vota ad id tendentia summopere commovent, ita ut ea omnia interponere nunquam dubitamus, quæ in majorem omnipotentis Dei gloriam conspicimus reddendæ.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque dilectus filius eques Antonius de Vargas y Laguna, carissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici apud Nos, et apostolicam Sedem plenipotentiarum administer, ejusdem Caroli regis catholici nomine Nobis exposuerit, quod regalis cappella loci del Pardo nuncupati, in Toletana diocesi existens, non satis amplo patrimonio potitur, et ad hoc ut in ea nihil ad divini cultus honorem stabiliter servandam, atque etiam augendam deficiat, de aliquo perpetuo subsidio muniri opportunum videatur, ac prædictus Carolus rex aciem suæ considerationis convertens ad media, quæ firmum annuum redditum regali cappellæ prædictæ constituere valeant, novit aliunde commodius haberi non posse, nisi cum infrascriptæ pensionis assignatione, quam in subventionem prælaudatæ regalis cappellæ, modo tamen et forma infrascriptis per Nos assignari summopere desideret.

Ratio concessionis.

§. 3. Cumque super fructibus, redditibus, et proventibus mensæ episcopalis ecclesiæ Palentinæ, ad quam dum illa pro tempore vacat nominatio personæ idoneæ Romano pontifici pro tempore existenti fa-

cienda ad suprædictum Carolum Hispaniarum regem catholicum ex privilegio apostolico, cui non est hactenus in aliquo derogatum, spectare, et pertinere dignoscitur, annua pensio, quæ tertie parti reddituum ipsius mensæ episcopalis respondeat, pro personis à prædicto rege catholico nominandis per Nos in actu illius provisionis fuerit reservata, et ad quam integraliter percipiendam nondum personæ omnes nominatæ reperiantur, ideo si ejusdem pensionis rata sexcentorum octoginta septem ducatorum auri de camera, et juliorum octo monetæ Romanæ cum dimidio alterius julii similis non excedente, summam bismillium ducatorum de Vellon nuncupatorum monetæ illarum partiarum constituentium eidem regali cappellæ perpetuis futuris temporibus assignaretur, profecto dos sufficiens eidem in posterum dignosceret constituta.

§. 4. Nos propterea, qui ex officio Nostri debito, ad ea intendere non desistimus, quæ divini cultus incremento expedire conspicimus, votis, ac precibus ipsius Caroli regis ad Nos per dictam suam administrum delatis in præmissis de speciali Sedis apostolicæ benignitate favorabiliter annuere volentes: ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine regalem cappellam prædictam loci del Pardo nuncupati ad pensionem hujusmodi ab omni, et quocumque onere nunc imposito, et pro tempore quomodolibet imponendo, ac alias in omnibus, et per omnia, et omnino quoad omnia liberam, immoem, et exemptam super omnibus, et singulis ejusdem mensæ episcopalis Palentinæ fructibus, redditibus, et proventibus alias per Nos, ut præfertur, reservata, pro dicta tamen rata sexcentorum octoginta septem ducatorum auri de camera hujusmodi, et juliorum octo monetæ prædictæ cum dimidio alterius julii paris, eamque perpetuis futuris temporibus per venerabilem fratrem modernum, et pro tempore existentem ipsius ecclesiæ Palentinæ episcopum, et successores suos episcopalem ecclesiam antedictam pro tempore quomodolibet obtinentes, seu quoscumque ejusdem mensæ episcopalis administratores pro tempore existentes annis singulis in termino,

seu terminis in actu illius reservationis statuto, seu statutis, vel in posterum inter partes statuendo, seu statuendis integre, et absque ulla etiam minima diminutione persolvendam, et per ejusdem regie cappellæ rectores, seu administratores percipiendam, exigendam, levandam, ac in ipsius cappellæ manutentionem, et utilitatem convertendam perpetuis futuris temporibus nominamus, eidemque regali cappellæ constituimus, et assignamus, ac quatenus opus sit etiam de novo ad ipsius cappellæ favorem reservamus, decernentes episcopum antedictum, omnesque successores præfatos, seu ejusdem mensæ episcopalis administratores ad integram dictæ pensionis solutionem pro supradicta tantum rata sexcentorum octoginta septem ducatorum auri de camera prædictorum, et Juliorum octo monetæ Romanæ prædictæ cum dimidio alterius Julii similis, summam antedictam bismillium ducatorum de Vellon constituentem juxta reservationis, constitutionis, et assignationis præfatarum tenorem fore efficaciter obligatos.

§. 5. Etiam si vero nova reservatio huiusmodi extra concistorium Nostrum secretam, et absque venerabilium fratrum Nostrum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium consilio facta extiterit, nihilominus quovis prætextu, et quavis causa etiam juridica, vel pia, aut privilegiata ad minorem summam reduci, annullari, vel invalidari, minisque illius reservationem infringi, aut nullam dici, nec non easdem præsentés de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ, aut quocumque alio defectu notari, impugnari, invalidari, aut injus, vel controversiam vocari, seu adversus illam quodcumque juris, vel facti, sive gratiæ remedium impetrari, vel etiam motu proprio, et ex certa scientia concessio, et impetrato, quempiam uti, seu se juvari posse, sed eas semper validas, et efficaces existere, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, perinde ac si pensio huiusmodi per præsentés de novo reservata in concistorio Nostrò, et de eorundem fratrum consilio, ac de consensu etiam illius, vel illorum, qui pensionem supradictam solvere debebunt,

Bull. Rom. Tom. XII. F. 75.

reservata fuisset; sicque et non alias per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes etiam causarum palatii apostolici auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales præfatos etiam de latere legatos, vice-legatos, dictæque Sedis nuncios iudicari, et definiri debere, et quid quid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

§. 6. Quocirca venerabili fratri Antonio ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero cardinali De Sentmanat y Cartella nuncupato patriarchæ Indiarum, ac dilectis filiis magistro Joanni Baptistæ Quarantotti in utraque signatura Nostra referendario, et antiquiori canonico ecclesiæ Palentinæ per apostolica scripta mandamus quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios faciant auctoritate Nostra pensionem prædictam juxta reservationis, constitutionis, et assignationis præfatarum, ac decreti Nostri hujusmodi tenorem integre persolvi, contradictores per censuras ecclesiasticas appellatione postposita compescendo.

§. 7. Non obstantibus quibusvis etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictæque ecclesiæ Palentinæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quomodolibet forsitan concessis, confirmatis, et innovatis, ac Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de præstando consensu in pensionibus, ac Lateranensis concilii novissime celebrati, pensiones annuas super mensarum episcopaliū fructibus, redditibus, et proventibus, nisi excessionis, aut alia probabili causa reservari prohibentis; quibus omnibus, et singulis etiam si de illis, eorum tenores specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores, ac si de verbo ad

Deputatio executorum apostolicorum.

Derogatio contrariorum.

Clausula salutaris, et irritantes.

verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata inserti forent, eisdem presentibus pro plenè, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse harum serie derogamus; ceterisque contrariis quibuscumque; aut si prædicto episcopo, et successoribus præfatis, vel quibusvis aliis communiter, aut divisim ab apostolica sit Sede indultum, quod ad præstationem, vel solutionem pensionis alicujus minime teneantur, et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Sanctio poenalis.

§. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ nominationis, reservationis, constitutionis, assignationis, decreti, statuti, voluntatis, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo quarto, quinto idus aprilis, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die
12 aprilis
1804.
anno V.

CCLXXXIII.

Confirmatio edictorum cum insertionem eorumdem pro consulibus tribunalis commercii portus Centumcellarum Viterbiensis diocesis.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. **P**aterna, quam de Nostris, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ in temporalibus subditis gerimus, cura et sollicitudo postulat, ut quæ a Romanis pontificibus prædecessoribus Nostris in eorum utilitatem provide constituta sunt, ea illibata, et firma semper remaneant.

Expositio precum.

§. 2. Exponi quidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni con-

sules tribunalis commercii portus Centumcellarum Viterbiensis diocesis, quod felicis recordationis Clementis pp. IX. et Benedictus pp. XIV. prædecessores Nostri ad augendum in dicto portu commercium per tunc existentes Sanctæ Romanæ Ecclesiæ camerarios duo edicta respective promulgari jusserunt, quorum primum sequentis tenoris, videlicet.

Antonio Barberino vescovo di Palestrina card. Antonio della Santa Romana Chiesa camerlengo.

§. 3. Considerando la Santità di ^{Tenor edicto sum.} Nostro Signore papa Clemente IX. essere stato con somma providenza dalla santa memoria di papa Urbano VIII fatto franco il porto di Civita Vecchia, e poter essere di molto utile non meno a quel luogo, e a Roma, che a tutto lo stato ecclesiastico le grazie, e privilegj, che allora furono concessi a chi condurrà le mercanzie in detto porto, come amplamente si contiene nel chirografo del medemo di santa memoria papa Urbano VIII segnato sotto li tre di dicembre 1630, e conoscendo ancora che può molto giovare la rinovazione dell'editto, che parimente all'ora ne fu pubblicato in data delli 4. dicembre del suddetto anno 1630 avendo perciò confermato il suddetto chirografo, e ordinato a Noi la rinovazione del suddetto editto.

Per ordine dunque espresso di Nostro Signore, e per l'autorità del nostro officio di camerlengato, rinnovando li privilegi, e grazie suddette, e come in appresso.

Concediamo universalissimo porto franco ad ogni vascello di qualsisia portata che verrà di levante, o ponente, o mezzo giorno nel porto di Civita Vecchia con qualsivoglia robbe, mercanzie, vittovaglie, o grascie, le quali tutte saranno per l'avvenire franche, libere, e esenti da ogni dazio, o gabella, alboraggio, sensarie, e altri pesi e regaglie, che per l'addietro fossero solite pagarsi in detto porto, o terra.

E a mercanti, o capitani, o altri padroni, o commissarii sopra carichi, fattori di vascelli, o di mercanzia arrivati in detto porto si concede libera facoltà, di poter mandare altrove, dove loro parerà tutto, o

parte del carico loro, ancorchè fosse vittoaglia, o grascia con gl'istessi, o con altri vascelli senza pagamento di gabella, dazio, o altra gravezza o regaglia.

Parimente si concede loro facoltà di scaricare in terra tutte, o parte di dette robbe, mercanzia, vittoaglia, o grascia, e riporle in magazzini, o altri luoghi particolari dentro la terra di Civita Vecchia, o nella dogana pubblica, alli custodi della quale in questo caso si pagherà per ogni collo quel poco, che sarà conveniente per la guardia di dette robbe e di poterle tenere, e conservare in detti luoghi tutto il tempo, che vorranno, e da quelli in una o più volte estrarle per terra, o per mare senza gravezza d'alcun pagamento e portarle a quei luoghi che loro piacerà. E accadendo, che Dio non voglia, che da luoghi sospetti di contagio, o di peste venghino in detto porto vascelli con mercanzie, questi dovranno fare la solita purga scioro, o sboro al lazzaretto, come si usa negli altri porti, mentre però non mostrino patenti nette di averla fatta in altri porti, ché in tal caso di patenti nette e di viaggio seguito senza aver tocco luoghi sospetti si darà loro libera pratica. Avvertendo nondimeno ciascheduno, che durante detta purga saranno ben trattati e provisti con buone condizioni di quanto farà loro di bisogno, e si abbrevierà il solito termine della purga, mentre non apparischino segni cattivi in essi.

E essendo, che la lanterna è l'assicuramento della presa del porto a naviganti, e che l'ancoraggio, e il riposo di essi ridotti in quello, e che per questi due commodi è necessaria una continua spesa, non deve perciò esser grave a padroni de' vascelli, o mercanti, che ricevono tanto beneficio di contribuire per questo comodo qualche emolumento. Però pagherà ciaschedun vascello di alto bordo di portata di salme mille, o più, voti, o carichi scudi due di questa moneta per l'ancoraggio, e scudo uno simile per la lanterna. Gli altri vascelli di portata sopra 200 salme sino a mille pagheranno parimente carichi o voti uno scudo della medesima moneta per l'ancoraggio, e bajocchi 50. per la lanterna. E i vascelli di minor portata di salme 200. pa-

ghino giulj due per l'ancoraggio, e giulio uno per la lanterna.

Dichiarando, che non siano tenuti a detto pagamento quelli vascelli, che sono di ritorno da Roma, o vero, che essendo partiti dal detto porto fossero ritornati in esso per non poter proseguire il loro viaggio impediti dalla fortuna, o da altro.

Inoltre concede a tutti li mercanti, capitani, o padroni de' vascelli come sopra liceoza di poter per il ritorno del loro viaggio provvedersi di ogni sorta di vittoaglie, e viveri, e d'ogni altra cosa loro necessaria a prezzi convenienti, e di poter far savora dove loro piacerà senza pagamento alcuno per servizio di loro vascelli.

E perchè la diligenza, che si deve fare in nettare, e purgare il porto, e darsina saria vana, mentre non si procurasse di mantenerlo netto, o purgato. Però si proibisce a qualsivoglia vascello di qualsisia portata, e a suoi padroni, e capitani sotto pena di scudi 100 per ciascuna volta di gettare nel porto, o darsina savora, e altra immondizia, ma le dovranno portare a scaricare nel luogo che loro sarà assegnato dal capitano del porto.

Si concede a tutti li negozianti, e mercanti libero salvo condotto, che non possino esser molestati per causa civile, e criminale, nè nelle robbe, nè anco nelle persone loro, per debiti, o per delitti contratti, e fatti fuori dello stato ecclesiastico, dichiarando che non suffraghi loro questa esenzione per li contratti fatti e per li delitti commessi nel medesimo stato ecclesiastico.

E rispetto alli contratti fatti in Civita Vecchia subito, sola facti veritate inspecta, e con prestezza, e sommaria giustizia, e de plano saranno spediti senza esser tratti in spese. Dato in Roma nella camera apostolica li 25. gennaio 1669.

Per l'eminentissimo sig. card.
Antonio Barberini camerlengo

Il card. Carlo Barberini.

Francesco Maria Antaldi aud.

Matteo de Angelis.

Alterius edi-
eti tonor.

§. 4. Alterum vero sequentis pa-
riter tenoris scilicet

Annibale per la divina misericordia
vescovo di Sabina card. di s. Clemente
della Santa Romana Chiesa
camerlengo.

Sono incessanti le paterne cu-
re di Nostro Signore per ricercare
mezzi più agevoli a fine di accre-
scere il commercio del suo stato,
e a tal oggetto avendo voltato le
sue mire verso il porto franco di
Civita Vecchia, e giudicato non meno
giusto, che provido consiglio di rin-
novare, anzi accrescere, e amplia-
re li commodi, privilegi, e esen-
zioni, che dalla santa memoria d'Ur-
bano VIII. Clemente IX. ed Inocen-
zo XII. suoi predecessori mediante
gli editti de' cardinali camerlenghi
di Santa Chiesa Nostri antecessori pu-
blicati li quattro dicembre 1630, li 25
gennaio 1669, e li 26 settembre 1692
furono concessi al detto porto, ordi-
nando a tal' effetto la fabrica de' nuo-
vi magazzini, e disponendo molti al-
tri commodi intorno al detto porto,
nel cui recinto ha approvata, e di-
chiarata una totale franchigia d'
ogni dazio o gabella a favore di tutti
quelli, che vi condurranno merci,
o faranno qualunque altra negocia-
zione. Laonde per ordine espresso
della Santità Sua datoci a bocca, e
per l'autorità del Nostro officio di
camerlengato rinoviamo, confermiam-
mo, e concediamo li seguenti com-
modi, grazie, esenzioni e privilegi
cioè

Che il medesimo porto di Ci-
vita Vecchia sia nel suo recinto in-
distintamente, e universalmente fran-
co ad ogni vascello, e legno di qual-
sivoglia nazione, e di qualunque por-
tata, che vi verrà da qualunque parte
del mondo, con qualsivoglia robbe,
mercanzie, vittovaglie, o grasce, le
quali tutte saranno per l'avvenire fran-
che, libere, e esenti da ogni dazio,
o gabella, alboragio, sensarie, e al-
tri pesi, che per l'editto fossero so-
lite pagarsi in detto porto, o terra.

E a mercanti, o capitani, o
altri padroni, e commissarij, sopraca-
richi, fattori di vascelli, o di mer-
canzia arrivati in detto porto, si con-
cede libera facoltà di poter mandare
altrove, dove loro parerà tutto o parte

del carico loro, ancorchè fosse vitto-
vaglia, o grascia con gl' istessi, o con
altri vascelli senza pagamento di ga-
bella, dazio, o altra gravezza o re-
gaglia.

Parimente si concede loro fa-
coltà di scaricare in terra tutte, o
parte di dette robbe, mercanzie, vit-
tovaglia o grascia, e riporle nelli ma-
gazzini, o nella dogana publica, alli
custodi della quale in questo caso si
pagherà per ogni collo quel poco, che
sarà conveniente per la guardia di detta
robba, e di poterle tenere, e conser-
vare in detti luoghi tutto il tempo,
che vorranno, e da quelli in una, o
più volte estrarle per terra, o per
mare senza gravezza d'alcun paga-
mento, o portarle a que' luoghi, che
loro parerà. Ed accadendo, che Dio
non voglia, che da luoghi sospetti
di contagio, o di peste venghino in
detto porto vascelli con mercanzie,
questi dovranno fare la solita purga
sicuro, o sboro al lazzeretto, come
si usa negli altri porti, mentre però
non mostrino patenti nette di averla
fatta in altri porti, che in tal caso
di patenti nette, e di viaggio seguito
senza aver tocco luoghi sospetti si
darà loro libera pratica. Avverten-
do nondimeno ciascheduno, che du-
rante detta purga saranno ben trat-
tati, e provisti con buone condizio-
ni di quanto farà loro di bisogno,
e si abbrevierà il solito termine della
purga, mentre non appariscono se-
gni cattivi in essi.

Si dichiara, che qualunque
bastimento o carico, o voto, che ap-
proderà in detto porto, sia soggetto
al peso dell'ancoraggio secondo la
tassa, che si è di gran lunga ag-
gevolata, e che in breve si publi-
cherà.

Inoltre si concede a tutti li
mercanti, capitani o padroni di va-
scelli come sopra licenza di poter per
il ritorno del loro viaggio provvedersi di
ogni sorta di vittovaglie, e viveri,
e d'ogni altra cosa loro necessaria a
prezzi convenienti, e di poter fare
savora dove loro piacerà senza pa-
gamento alcuno per servizio de loro
vascelli.

E perchè la diligenza, che si
deve fare in nettare, e purgare il porto,
e darsina, saria vana, mentre non
si procurasse di mantenerlo netto, e
purgato, però si proibisce a qualsi-

voglia vascello di qualsivoglia portata, e a suoi padroni, o capitani sotto pena di scudi cento per ciascheduna volta di gettare nel porto, o darsina savora, e altra immondizia, ma dovranno portare a scaricare nel luogo, che loro sarà assegnato dal capitano del porto.

Si concede a tutti li negozianti e mercanti, e loro famiglie, servitori, e ministri libero salvo condotto, che non possino esser molestati per cause civili, ne' criminali, nè nelle robbe, nè anche nelle persone loro per qualunque debiti, e delitti contratti, e fatti fuori dello stato ecclesiastico, con dichiarazione, che non suffraghi loro questa esenzione per li contratti fatti, e per li delitti commessi nello stato ecclesiastico.

E perchè restino assicurati li mercanti, e negozianti di non essere dispendiati nelle liti, e lunghezze per le controversie, che potessero fra loro insorgere in genere di mercanzie da cause di naufragi, o avarie, concede la santità di Nostro Signore all' università de' mercanti, e negozianti la facoltà di poter conoscere, e definire le cause appartenenti al commercio, istituendo la detta università in giudice privato con potestà di giudicare esecutivamente, sommariamente di piano, avuto riguardo alla sola verità del fatto, senza strepito, e figura di giudizio, e con le facoltà, e prerogative, che si godono dagli altri consolati de' mercanti, e che la Santità Sua si degnerà più diffusamente dichiarare con suo motu proprio.

E affinchè li negozianti abbiano con puntualità ad ogni loro piacere uomini pratici, e facchini d'impacare, e dispacare le merci, secondo la qualità rispettivamente, si sono perciò dati gli ordini necessari al provvedimento per farli essere sempre pronti, che anzi verrà destinata la tasca delle loro mercedi a proporzione dell' opera, e fatica.

Affinchè non nasehino disordini nelle merci già proibite, e che in avvenire proibire se ne potesse l'introduzione in questo stato pontificio, ordina la Santità Sua, che non per questo s' intenda proibito il loro transito per fuori di stato, e per tal' effetto resterà destinato il luogo dove si

dovranno custodire per fino alla loro spedizione fuori di stato, o in altri luoghi dello stato stesso, dove non vi sia tal proibizione, e dette merci per ragione di custodia, soccomberanno al tenue pagamento di baj. cinque per ogni collo da soma, e sarà pure permesso di poterle visitare, contrattare, ed estrarle per fuori di stato dal medesimo porto senza pagamento d'alcun dazio, o gabella. Dato in camera apostolica questo di 5 agosto 1741.

A. vescovo di Sabina card. di
s. Clemente camerlengo.

L. Mattei uditore

Gio. Ginliano Rubini com. gen.

Gio. Francesco Conti segret. e
canc. della R. C. A.

Die, mense, et anno, quibus
supra, supradictum edictum affixum,
et publicatum fuit ad valvas curiæ
Innocentianæ, et in acie Campi Flo-
ræ, ac in aliis locis solitis, et con-
suetis urbis per me Antonium Pel-
licia apost. curs.

Sebastianus Amadeus mag. curs.

§. 5. Cum autem sicut in eadem Confirmatio
apostolica. expositione additum erat, dicti exponentes quo præinserta edicta firmitus subsistant, et serventur exactius apostolicæ Nostræ confirmationis subsidio muniri summopere desiderent; Nos ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes; supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, eadem edicta, et singula privilegia in eis contenta, et expressa auctoritate apostolica, tenore præsentium confirmamus, et adprobamus, illisque inviolabilis, et perpetuæ apostolicæ firmitatis robur adiicimus, et omnes et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper in eis quomodolibet intervenerint supplemus et sanamus.

Clausula subla-
ta, et decre-
tum irritans.

Derogatio con-
trariorum.

Dat. die
17 aprilis
1894
anno V.

Expositio præ-
cum.

§. 6. Dēcernētēs ipsas præsentēs literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores iudicari; et definiiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, et extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Centumcellis sub annulo piscatoris die decima secunda aprilis, millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quato.

CCLXXXIV.

Confirmatio decreti congregationis Rituum cujus vigore officium Cordis Jesu a ritu dupl. maj. elevatur ad dupl. secundæ classis sine octava pro utroque clero civitatum, et diœcesum regni novæ Hispaniæ.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Cum sicut dilectus filius presbyter Emmanuel Perez Bonilla canonicus ecclesiæ collegiatæ sanctæ Mariæ de Guadalupe civitatis Mexicanæ nomine dilectorum filiorum cleri sæcularis, et regularis totius regni novæ Hispaniæ, civitatum scilicet, et diœcesum Mexicanæ, Angelopolitanæ, Santanderiensi, Mechoacanæ, Jucatanæ, Guadalaxarensis, Nicaraganæ, Antequerensis, Chiapensis, Guatimalensis, Meridensis, Hondurensis, et de Sonora, Nobis nuper exposuisset, ipse, alique dicti regni clerici ad nimiam Christi Domini patientis, et pro humani

generis redemptione morientis charitatem ferventius recolendam sacratissimi Cordis Jesu cultum, et venerationem in dies augeri summopere desiderent; Nobis propterea humiliter supplicatum fuit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur dictum clerum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et ejus singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine, Nobis humiliter porrectis inclinati, auditore etiam dilecto filio magistro Julio de Carpineo sacrorum Rituum congregationis secretario, officium cum missa sacratissimi Cordis Jesu in feria VI. post octavam sanctissimi Corporis Christi pro utroque dictarum civitatum, et diœc. clero a nobis superiore mense augusti sub ritu duplici majore concessum ad ritum duplicem secundæ classis sine octava auctoritate apostolica, tenore præsentium elevamus.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictarum civitatum, et diœcesum consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ in eccle-

Tenor concessiois.

Derogatio contrariorum.

Fides habenda transumptis.

siastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, et extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima septima aprilis millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCLXXXV.

Declaratio insignitatis ecclesie collegiate sancte Mariæ Magdaleneæ terre de Gradolis diocesis Montis Falisci.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Quantum venerationis vel ipsa sacra indumenta oculis, animisque Christianifidelium ingerere valeant optime tenens Apostolica Mater Ecclesia non solum varias pro varietate festorum et solemnitatam sacerdotibus suis præscripsit vestes in sacris faciendis, sed etiam in templis magis conspicuis, ubi major est populi christiani frequentia sacris ministris ibidem Altissimo famulantibus sæpe particularia, et ad eorum dignitatem exprimeendam aptissima insignia deferenda concessit.

Expositio pro eum.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii capitulum, et canonici collegiate ecclesie sancte Mariæ Magdaleneæ terre de Gradolis diocesis Montis Falisci, in quo capitulo et prioratus dignitas, et canonicatus pœnitentiarius etiam reperiuntur instituti, collegiata ipsa antiquitatis laude, patrimonii amplitudine, templi structura, canonicorum numero, probitate, et doctrina, populique christiani frequentia et devotione ita floreat, ut reliquis dicte diocesis ecclesiis præstare censeatur, multum honorificentie, et splendoris ad eam accederet ac divinus cultus, fideliumque devotio majora ibi incrementa susciperet, si collegiata ipsa ad insignitatis gradum per Nos, et hanc etiam Sedem evehatur, dictique canonici præclaris insignibus donentur.

Bull. Rom. Tom. XII. F. 76.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, ac eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ecclesiam collegiatam prædictam sub titulo sancte Mariæ Magdaleneæ in insignem collegiatam cum iisdem tantum oneribus, ad quæ de præsentibus tenentur, auctoritate apostolica, tenore præsentium erigimus, et elevamus, eidemque ecclesie, ejusque capitulo, ut omnibus, et singulis præminentibus, privilegiis, gratiis, et favoribus, quibus aliæ collegiate insignes hujusmodi tam de jure, usu, et consuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, et gaudere poterunt in futurum eodem modo uti, frui, et gaudere, nec non modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus priori, et canonicis ipsius insignis collegiate sancte Mariæ Magdaleneæ, ut rochetum et mozzetam violaceam cum globulis, et asulis sericis cremisini coloris in hyeme, æstate vero cottam supra rochetum tam in insigni collegiata prædicta, quam extra eam in quibusvis processionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, illisque uti libere, et licite possint, et valeant, auctoritate et tenore præsentis concedimus, et indulgemus, dictosque priorem, et canonicos desuper a quoquam impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quopiam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Tenor concessionis.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dicte ecclesie etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indulgentiis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Qui-

bus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die xx aprilis MDCCCIV pontificatus Nostri anno quinto.

CCLXXXVI.

Dat. die
27 aprilis
1804
anno V.

Ut orationem ad instar orationis quadraginta horarum eodem quo antea modo, et tempore celebrare possint, licet ipsa oratio sit in eadem civitate per tuorum instituta pro confraternitate nostræ Domine de la Soledad Gadicensis civitatis.

Venerabili fratri episcopo Gadicensi.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater salutem,
et apostolicam benedictionem.

Expositio pro
eum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni officiales, et confratres confraternitatis Nostræ Domine de la Soledad, canonice, ut asseritur, in cappella monasterii monialium Immaculatae Conceptionis, et advocacionis beatæ Mariæ virginis civitatis istius Gadicensis erectæ, quod ipsi ad majorem Dei gloriam, et spiritualem Christifidelium utilitatem, atque consolationem orationem ad instar orationis quadraginta horarum continuatarum, non autem, nisi noctis tempore interpolatarum, quam a feria tertia hebdomadæ passionis usque ad sextam ejusdem hebdomadæ feriam inclusive multis ab hinc annis celebrare consueverunt, in posteram etiam celebrare posse plurimum desiderant. Verum quia, sicut in eadem expositione additum erat, ipsa oratio quadraginta horarum per totum anni curriculum in aliis ejusdem civitatis ecclesiis ad præsens instituta reperitur, desiderii sui hujusmodi compotes fieri nequeunt absque speciali Nostra, et hujus apo-

stolicæ Sedis licentia, seu indulto; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes in suo laudabili proposito, quantum cum Domino possumus confovere, ac specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter correctis inclinati, fraternitati tuæ per præsentis commitmentus, et mandamus, quatenus constituto tibi de narratis, eisdem exponentibus, ac pro tempore existentibus dictæ confraternitatis confratribus, ut ipsi orationem prædictam ad instar orationis quadraginta horarum eodem, quo antea modo, et tempore celebrare solebant, etiam in posteram perpetuis futuris temporibus, ita tamen, ut ipsa oratio per totum anni circulum, ut præfertur, instituta pro eodem temporis spatio dumtaxat in alia ecclesia, si quæ sit nimis eidem cappellæ confraternitatis proxima, non assignetur, celebrare libere, et licite possint, et valeant auctoritate Nostra apostolica, pro tuo arbitrio, et prudentia concedas, et indulgeas.

§. 3. Non obstantibus præmissis ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque in contrarium quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima septima aprilis millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Lenior concessio.

Derogatio contrariorum.

CCLXXXVII.

Dat. die
27 aprilis
1801
anno V.

Translatio processionis sanctissimi Corporis Christi ad diem festum sancti Antonii de Padua in perpetuum pro ecclesia conventus fratrum de observantia, et confraternitate ibi erecta civitatis Valentinae.

Venerabili fratri episcopo Valentino

Pius PP. VII.

Venerabilis frater salutem,
et apostolicam benedictionem.

Expositio pro-
cessus.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni guardianus, et fratres conventus ordinis minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum istius Valentinae civitatis, nec non officiales, et confratres confraternitatis sancti Antonii de Padua vulgo el Morenito in dicti conventus ecclesia canonice, ut asseritur, erectae, quod ipsi ad cultum erga sanctissimum Eucharistiae sacramentum magis promovendum, quam in festo sanctissimi Corporis Christi, vel intra ejus octavam peragere solebant solemnem cum sanctissimae Eucharistiae sacramento processionem eandem in ipsius sancti Antonii festo peragere, et transferre posse plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessio-
nis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, modernis ac pro tempore in perpetuum existentibus dicti conventus fratribus, dictaque confraternitatis sancti Antonii de Padua confratribus, ut ipsi pro iis temporibus, et annis dumtaxat, quibus festum sancti Antonii hujusmodi an-

te solemnitatem sanctissimi Corporis Christi occurrat, processionem praedictam augustissimi Eucharistiae sacramenti, quam adhuc, sicut praefertur, alio stato die peragere soliti fuerunt, posthac in ejusdem sancti Antonii festo die, dummodo nullum inde proveniat divino cultui detrimendum, servatisque in reliquis iis omnibus, quae de jure, usu, et consuetudine adhuc servari consueverunt, peragere perpetuis futuris temporibus libere, et licite possint, et valeant auctoritate Nostra apostolica, pro tuo arbitrio, et prudentia concedas, et indulgeas.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non conventus, ordinis, confraternitatis, et civitatis hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque in contrarium quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima septima aprilis millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Derogatio con-
trariorum.

Dat. die
4 maii
1804
anno V.

CCLXXXVIII.

Indulgetur parochi, et beneficiatis ecclesie parochialis s. Stephani Valentini diocesis, ut in perpetuum pro quarta eorum parte per turnum a chori servitio abesse possint.

Venerabili fratri
Archiepiscopo Valentino

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
salutem et apostolicam
benedictionem

Expositio pre-
cum.

§. 1. Nuper exponi Nobis fecerunt dilecti filii parochus, clerusque beneficiatus ecclesie parochialis sancti Stephani prothomartyris Valentini civitatis, multos esse beneficiatos residentiales ejusdem ecclesie, sed non multi fructus, beneficia, fructusque beneficiorum in distributionibus partim ex pia fundatione, partim ex oblatione votiva fidelium provenientia tantum consistere; ideoque se ad eas lucrandas choro quotidie, et tam mane, quam vespere pro multiplici functionum genere, necessario adesse debere; hinc ut passulatum nanciscantur otii in tanto labore, quartam ipsorum partem ac per temporis spatium præfigendum a Nobis, vicissim a choro quin tamen fructuum seu distributionum perceptionem amittant, abesse posse se vehementer optare, atque a Nobis humiliter poscere, eo vel magis quod simili otio alie communiter gaudent Valentini parochiales ecclesie, quodque aliunde, etiam absente, ut expectant, quarta beneficiatorum parte a sancti Stephani parochiali, supersunt semper quatuordecim alii, qui quotidianum chori servitium sat bene poterunt illic explere.

Tenor concessio-
nis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes, et ipsorum singulos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplica-

tionibus hujusmodi inclinati, fraternitati tue per presentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus præ-narratis, eisdem exponentibus licentiam, et facultatem, cujus vigore ipsi, ac successores ipsorum in perpetuum, pro quarta eorum parte, seu quatuor inter eos per turnum, ac pro duobus mensibus tantum in quolibet anno, dummodo tamen per majorem anni partem, ac cunctis præsertim diebus festis solemnioribus, primisque horum vespere, quos dies expresse volumus reservatos, choro intersint, ab eodem choro vacare, ac interim omnes, et singulos beneficiorum suorum fructus, redditus, et proventus etiam si in solis, ut præfertur, consistant distributionibus, iis tamen exceptis, quæ vulgare isthic vocabulo distributiones votivæ, seu adventitiæ dicuntur, quæque personalem præsentiam, et assistentiam præcipue requirunt, lucrifacere, ac cum omni integritate percipere, suosque in usus, et utilitatem convertere, perinde ac si cunctis chori, ecclesieque functionibus personaliter intervenireat, libere, ac licite possint, et valeant auctoritate Nostra apostolica pro tui arbitrio, et prudentia imperiaris atque concedas.

Derogatio con-
trariorum.

§. 3. Non obstantibus apostolicis ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non parochialis ecclesie predictæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque, iudicatis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac alias in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem

sub annulo piscatoris, die quarta
 maii millesimo octingentesimo quarto
 pontificatus Nostri anno quinto.

CCLXXXIX.

Erectio recessus clericorum congrega-
 tionis ss. Crucis, et Passionis Do-
 mini Nostri Jesu Christi pro epi-
 scopo Aretino.

Venerabili fratri episcopo
 Aretino.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
 Salutem, et apostolicam
 benedictionem

§. 1. Quod charissima in Chri-
 sto filia Nostra Maria Aloisia He-
 truriae regio, ac regens, sicut ac-
 cepimus, eximiae pietatis suae studio
 intendit, quodque tua etiam frater-
 nitas boni, sollicitique zelo pastoris
 vehementer exoptat, id perjuvandum
 Nobis attulit voluptatem, ut eo nem-
 pe curam convertamus et mentem,
 quo in civitate ista Aretii pedem fir-
 miter figat familia congregationis cle-
 ricorum exalceatorum ss. Crucis, et
 Passionis Domini Nostri Jesu Christi
 nuncupatorum, quos quidem et specta-
 to exemplo virtutum, et strenuo praesertim
 labore, quem tum sacris mis-
 sionibus, tum exercitiis spiritualibus,
 tum aliis salutaribus modis in Do-
 mini vineam jugiter excolendam im-
 pendunt, Nostra singulariter dignos
 dilectione et gratia ducimus.

§. 2. Tuo siquidem nomine No-
 bis expositum est, manere isthic ec-
 clesiam, monasterium, et hortum
 s. Bernardi, ad monachos ordinis san-
 cti Benedicti congregationis Olivetanæ
 olim spectantia, nunc vero episcopis
 Aretianis pro cleri istius sui ad spiritua-
 lia exercitia recessu inservientia: ma-
 nere quoque prope ecclesie et mo-
 nasterii, hortique hujusmodi ambitum
 quatuor et semis circiter jugera terræ,
 seu ut vulgo ajunt, stajora, quæ in-
 corporata prius patrimonio sodaliti
 dicti de Murello, subiugè concessa
 fuere diœcesano isti seminario. Te
 itaque hortum, monasterium, eccle-

siamque dicti s. Bernardi, (nomi-
 nandi tamen in posterum titulo sancto-
 rum Joseph, et Bernardi,) memoratæ
 congregationis clericis assignare, ac
 eisdem recensita quoque terræ jüge-
 ra in toto aut in parte, prout neces-
 sitas, seu commoditas clausuræ, ne
 ulli obnoxia sit servituti, postulare
 videbitur, pro nova eorum isthic sta-
 bilenda familia cedere statuisse: de-
 nique s. Bernardi fabricam, ubi re-
 paratione opus sit, sumptibus patri-
 monii prædicti, utpote cui onus in-
 erat eam conservandi, reparare velle.
 Hinc poscere humiliter, atque exo-
 rare, ut Nos tibi in præmissis op-
 portune providere, et ut infra indul-
 gere de benignitate apostolica digna-
 remur.

§. 3. Nos igitur votis hujusmodi
 tuis utilitatem gregis tibi commissi
 adeo majorem spectantibus, quantum
 cum Domino possumus, corde et ani-
 mo obsecundare, teque specialibus
 gratiis, et favoribus prosequi volen-
 tes, et a quibusvis excommunicationis,
 suspensionis, et interdicti, aliisque
 ecclesiasticis censuris, sententiis, et
 penis quovis modo, et quacumque
 de causa latis, si quas forte incurri-
 sti, hujus tantum rei gratia absol-
 ventes et absolutum fore censeantes,
 supplicationibus tuo nomine Nobis hu-
 militer porrectis inclinati, audita hac
 de re dilecti filii magistri Emmanue-
 lis de Gregorio secretarii congrega-
 tionis Concilii relatione, fraternitati
 tue per præsentem committimus, et
 mandamus, ut veris existentibus præ-
 narratis, ac accedente prius quoad ces-
 sionem terreni spectantis ad patri-
 monium vulgo de Murello, atque expen-
 sas instaurationis fabricæ consensu de-
 putatorum seminarii, ad enunciatam
 cessionem prædictæ ecclesie sancti
 Bernardi, adnexique monasterii, et
 horti juxta petita, auctoritate Nostra
 apostolica, pro tui arbitrio, et con-
 scientia gratis devenire possis, et va-
 leas, ita tamen ut erigatur in mona-
 sterio adnexo recessus sub titulo ss.
 Joseph et Bernardi, firmiterque tra-
 datur clericis supradictæ congregatio-
 nis una cum monasterii ecclesia et
 horto, in ea etiam quantitate adjun-
 gendo, quam pro eorundem cleri-
 corum claustro necessariam putave-
 ris: injuncto clericis ipsis onere re-
 cipiendi in dicto eorum recessu ec-
 clesiasticos omnes Aretinæ diœcesis;

Tenor concessio-
 nis.

Dat. die
 4 maii
 1804
 anno V.

Ratio concessio-
 nis

Expositio præ-
 eum.

quos ordinarii pro tempore designaverint; sed præstita tamen per hujusmodi ecclesiasticos dictis clericis necessaria alimentorum compensatione a te taxanda.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus, quatenus opus sit, felicitis recordationis Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque etiam speciali, et expressa mentione, ac derogatione dignis contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quarta maii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die
8 maii
1891
anno V.

CCXC.

Indulgetur ut in ecclesia parochiali oppidi s. Joannis Chilensis diocesis, dominica infra octavam visitationis Beatæ Mariæ Virginis sacerdotes eo convenientes missam propriam de visitatione celebrare possint. Est juxta rescriptum congregationis Rituum.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio pro eum.

§. 1. Cum, sicut dilectus filius presbyter Petrus Rufino oppidi civitatis nuncupati s. Joannis diocesis s. Jacobi de Chile Nobis nuper exponi fecit, ipse pro suo in Deiparam devotionis affectu, ejusdem cultum, et venerationem in dies augeri summo opere desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, audito etiam dilecto filio magistro Julio Car-

pineo sacrorum rituum congregationis secretario, ut in posterum quottannis in dominica infra octavam visitationis B.M.V. dummodo non occurrat officium ritus duplicis primæ, vel secundæ classis in ecclesia parochiali dicti oppidi, occasione peculiaris festi, quod de eadem visitatione agitur, ab omnibus sacerdotibus ad sacrum faciendum convenientibus ad dictam ecclesiam, celebrari possit missa de eadem visitatione, ut in die ejus proprio, cum commemorationibus, tamen officii diei, dominicæ, aliisque occurrentibus juxta rubricas in omnibus missis privatis, atque etiam in missa cum cantu, si in prædicta ecclesia celebrata non fuerit missa conventualis de die: occurrente vero officio duplicis secundæ classis dumtaxat, ut celebrari possit missa cum cantu de visitatione cum commemorationibus in casu, ut supra, auctoritate apostolica tenore præsentium indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicte ecclesiæ consuetudinibus; privilegiis quoque, indulgentiis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die octava maii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die
11 maii
1804
anno V.

CCXCI.

Ut in concursu creditorum oratores possint absque ulla mora exigere credita sua legaliter probata usque tamen ad summam scutorum quinquaginta pro pharmacopolis civitatis Anconæ.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Nuper exponi Nobis fecerunt dilecti filii pharmacopolæ Nostræ civitatis Anconæ, quod licet ceteris, uti asserunt, privilegiis per Romanos pontifices prædecessores Nostros sibi concessis vel illud accesserit, ut nempe, aliquo eveniente super alicujus bona creditorum concursu, primus præcipuusque eis detur locus tam in graduum scala, quam in pecuniæ exactione, nihilominus extricis, impedimentisque forensibus sit sæpe numero, ut credita eorum, quæ persolvi ipsis sine mora deberent, exigere nequeant nisi longum post tempus, quodque etiam plus refert, magno cum impedio eorum et damno. Hinc quum pro medicamentis ad communes infirmorum necessitates promptis ac paratis habendis grave ipsi perferant onus expensarum, ob quas memoratis meruerunt privilegiis donari, ut ne privilegia hujusmodi ullis unquam cavillationibus frustrata remaneant, et ipsi illud, quod ab aliis debetur, absque temporis, sortisque suæ assequantur jactura; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes, ac eorum singulares personas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine, Nobis humiliter porrectis inclinati, attentis hac super re dilectorum filiorum magistrorum delegati apostolici Anconæ, et auditoris Nostri relatione et voto, eisdem

exponentibus, universis, ac singulis, si et quando, postquam e mortali vita decessit aliquis, cui per exponentes medicamenta præscripta a medicis subministrata in infirmitate fuerunt, super illius hæreditate creditorum concursum contingat institui, sive alia quacumque ex causa, ac etiam inter vivos, hujusmodi instituatur concursus, tunc, ut ipsi in scala graduatoria cæteris creditoribus anteponantur, ac prævia exhibitione, et probatione legali crediti ad exponentes spectantis, creditum hujusmodi, usque tamen ad summam scutorum quinquaginta illico, et absque moræ interpositione, exituque judicii dicti concursus minime expectato, eis ac cuilibet eorum solvatur, seu libere solvi possit, ac debeat, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et declaramus.

§. 3. Decernentes easdem præsententes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac iis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel igno-
Clausula sublata, et decretum irritum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque etiam speciali, ac expressa mentione et derogatione dignis contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima prima maii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.
Derogatio contrariorum.

Expositio precum.

Tenor concessionis

Dat. die
11 maii
1814
anno V.

CCXCII.

Acceptatio renunciationis, et respectiva dismembratio curæ animarum ecclesiæ cathedralis Terracinenensis.

Venerabili fratri
Episcopo Terracinenensi.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater salutem,
et apostolicam benedictionem.

Expositio pro
cum.

§. 1. Quum, sicut Nobis nuper exponi fecit dilectus filius Cajetanus Sanguigni archipresbyter curatus cathedralis ecclesiæ Terracinenensis, ad compescendas dissentiones, quæ eo etiam usque proveciæ sunt, ut in ecclesiastica curia instituta formaliter fuerit inquisitio super administratione curæ animarum ejus archipresbyteratui adoeæ, ipse curam animarum hujusmodi tuas in manus renunciaverit, cupiatque propterea per Nos sibi in præmissis provideri opportune, ac, ut infra, indulgeri.

Tenor concessions.

§. 2. Nos ipsum exponentem specialibus favoribus, et gratis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, audita dilecti filii magistri Diomedis Carafa congregationis episcoporum, et regularium secretarii relatione de cunctis, quæ in processu criminali a curia episcopali Terracinenensi adversus exponentem constructo continguntur, attentoque consensu per eundem exponentem præstito, ac per fraternitatem tuam acceptato, tuæ eidem fraternitati per presentes committimus, et mandamus, ut auctoritate Nostra apostolica separes ante omnia, atque dismembres curam animarum actualem dicte ecclesiæ cathedralis a cura habituali penes archipresbyterum, vel singulariter, vel communiter cum aliis capitularibus residente, eamque sic, ut præ-

fetur, separatam, ac dismembratam decernas debere in posterum exerceri per vicarium curatum perpetuum in cathedrali ipsa constituendum, et in concursu eligendum, assignata ei præbenda, quam obtinet archipresbyter ratione curæ actualis nunc ab ipso exercitæ, et ad hunc effectum ab eodem dimittendæ, assignatisque emolumentis similium vicariorum curam actualem exercentium; remanente tamen archipresbytero in suo statu cum omnibus prærogativis, juribus, honoribus et oneribus canonicatus, archipresbyteratus, et primæ dignitatis capituli, iis dumtaxat exceptis, quæ curam actualem respiciunt; quoad verò causam, et causas, de quibus in præmissis, eas ad Nos avocatas a Nobis, impositumque iis per Nos perpetuum silentium, nec non processum in ecclesiastica curia præfata constructum adeo abolitum haberi, habendumque declares, perinde ac si constructus nunquam fuisset, ita ut nullo unquam tempore, et ad quemvis effectum prædicto exponenti præjudicium ullum afferes; immo illius autographum cures transmitti ad præfatum sagram congregationem, penes quam in ejusdem secretaria servari præcipimus, nulla ejus copia unquamque facta.

§. 3. Decernentes easdem præsententes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, illisque ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum plenissime suffragari, ac inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiti debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula subla-
ta, et decre-
ta irritans.

§. 4. Non obstantibus fel. rec. Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dicte cathedralis ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostoli-

Derogatio con-
trariorum.

ca, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datam Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima prima maij millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCXCIII.

Exemptio porticuum civitatis Senogalliensis a venditione facienda pro dimissione æris alieni communitatum ditionis pontificiæ.

Pius PP. VII.

Rmo card. Stefano Borgia

Ratis exemptionis.

§. 1. Continuando lodevolmente ad occuparvi dell'interessante incarico alla vostra cura da Noi affidato col rescritto delli 23. novembre 1803. di mandare ad effetto l'alienazione dei beni delle comunità del Nostro stato Ecclesiastico per l'oggetto della dimissione dei debiti delle stesse comunità prescritta col Nostro moto proprio delli 14. del precedente mese di luglio, ci avete ultimamente rappresentato, che dopo di essersi nella città di Sinigaglia accesa la candela su le offerte, che alcuni di que' creditori aveano esibite ai portici della stessa città situati lungo il fiume, ossia canale, quel magistrato era formalmente a voi ricorso perchè venissero esentati dall'alienazione. Voi ci avete minutamente, e ad una ad una esposte le ragioni per le quali il magistrato suddetto crede, che li portici suddetti entrino realmente nella classe dei suddetti edifici pubblici, ma nello stesso tempo non ci avete tacite le ragioni addotte dai creditori offerenti, perchè si debba

Bull. Rom. Tom. XII. F. 76.

mandare avanti nell'alienazione, cosicchè ponderate esattamente le ragioni di ambe le parti fossimo in istato di prendere la conveniente determinazione. Per meglio ponderare un tal'affare abbiamo voluto rimontare sino all'origine, avendo minutamente a tale effetto considerato il chirografo della sa. mem. di Benedetto XIV. delli 5. maggio 1746. in forza del quale colla nuova ampliamente della predetta Nostri città di Sinigaglia ha avuto luogo eziandio l'erezione dei portici stessi situati lungo il fiume ossia canale; e dopo di avere altresì maturamente ponderato il decreto esecutivo emanato sotto li 10. dello stesso mese, ed anno dal fu monsignor Giuseppe Ercolani, a cui il chirografo stesso era diretto per l'esecuzione, abbiamo verificato, che li suddetti portici non solo sono stati edificati aere pubblico, ma che inoltre il lodato Nostro glorioso predecessore ha avuto in vista, che servissero ad uso pubblico cioè, e perchè durante il tempo della rinomatissima fiera, che si celebra in detta città coi medesimi si formassero delle botteghe per mercanti si esteri, che nazionali, e che in tutto il restante dell'anno servissero ad ornamento, e decoro della città, e a comodo, ed uso di ogni ceto di persone. Abbiamo altresì rilevato, che l'osservanza è stata sempre uniforme alle predette disposizioni del lodato Nostro glorioso predecessore, mentre gli enunciati portici hanno insino ad ora sempre servito, e servono tuttavia ai predetti usi pubblici, pei quali se ne effettuò la costruzione, cosicchè abbiamo veduto, che non poteva rimanere il più piccolo dubbio, che gli anzidetti portici di Sinigaglia non dovessero realmente annoverarsi nella classe degli edifici destinati ad usi pubblici, che nel più volte citato moto proprio delli 14. luglio 1803. sono stati da Noi esclusi dalle prescritte alienazioni. E tanto più abbiamo creduto, che li suddetti portici di Sinigaglia dovessero realmente restare esentati dalla vendita, in quanto che abbiamo veduto, che con ciò non si veniva a recare il più piccolo pregiudizio ai creditori comunitativi, li quali aveano offerto ai portici stessi, giacchè in virtù dell'ultime sovrane Nostre disposizioni pubblicate colla vostra noti-

ficazione delli 19 aprile scaduto di i creditori stessi per la pronta loro reintegrazione non solo possono rivolgersi all'acquisto degli altri fondi comunitativi dello stato di Urbino, e della provincia della Marca, ma eziandio di tutte le altre provincie del Nostro stato Ecclesiatico.

Tenor motus proprii.

§. 2. Perciò in vista di tutti questi riflessi, ed anche per aderire al vostro savio parere col presente Nostro chirografo in cui abbiamo per espresso, e di parola in parola inserito il tenore di qualunque cosa quanto si voglia necessaria ad esprimersi di Nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra suprema potestà, ordiniamo, e rispettivamente dichiariamo, che li portici suddetti di Sinigaglia non solo restino ora esenti dal provvedimento del surriferito Nostro moto proprio delli 14. luglio 1803., e dalle successive analoghe disposizioni pubblicate da voi di Nostro ordine, al quale effetto dichiariamo nulle, ed irrite, e come mai non avessero avuto luogo tanto le offerte già esibite dai creditori comunitativi ai portici stessi, quanto tutti gli atti di licitazione già seguiti su le offerte medesime, ma vogliamo inoltre, ed espressamente ordiniamo, che li portici medesimi debbano anche in appresso, e in qualunque tempo avvenire andare esenti da qualunque alienazione tanto rapporto al diretto, che all'utile dominio col mezzo di contratti di enfiteusi, o de'livelli, e dichiarando anticipatamente sino da ora nullo, ed irritato qualunque atto, che con qualunque autorità si facesse contro il tenore della presente Nostra disposizione. Siccome poi fra gli enunciati giusti, e in terressanti riflessi, che hanno determinato il Nostro animo a volere esentati detti portici dall'enunciate alienazioni prescritte col riferito Nostro moto proprio delli 14. luglio 1803. uno è stato eziandio quello, che coll'impedire il passaggio dei medesimi presso de' particolari si sarebbero prevenuti quelli aumenti di noli nell'occasione della fiera, li quali sarebbero stati di pregiudizio ai negozianti; li qualiballa medesima concorrono soliti a prendere in affitto li portici stessi, così con questo stesso Nostro chirografo ordiniamo altresì, che tanto nel corrente anno, quanto in

tutti gli anni avvenire non possa mai farsi la più piccola alterazione, ed accrescimento di pensione, ossia di corrisposta sullo stato degli ultimi affitti dei portici stessi; giacchè in questa guisa oltre al contentamento dei negozianti, ai quali sono soliti locarsi in tempo di fiera, si otterrà l'altro importantissimo intento, che una tal moderazione nei siti dei suddetti pubblici edifici obbligherà li particolari possessori degli altri fondi soliti ad affittarsi in detta occasione per uso di botteghe, e di fondachi, e imiteranno essi pure un simile lodevole contegno con grandissimo vantaggio della fiera medesima.

§. 3. E per essere sicuri, che questa Nostra disposizione abbia realmente sempre il suo effetto, ne commettiamo particolarmente l'esecuzione ai prelati presidenti pro tempore della Nostra legazione di Urbino accordando loro per questo tutte le più ampie, ed opportune facultà, poichè tale è mente, e volontà Nostra espressa.

Deputatio ex auctoritate apostolica.

§. 4. Volendo, e decretando, che al presente Nostro chirografo, benchè non esibito, nè registrato in camera nè ne' suoi libri non possa mai darsi, nè opporsi di surrezione, orrezione, o altro vizio, e difetto della Nostra volontà, ed intenzione, ma che così, e non altrimenti debba sempre nelle cose premesse giudicarsi, definirsi, ed interpretarsi da qualunque giudice, e tribunale benchè collegiale, congregazioni anche di rmi cardinali, camerlengo di s. Chiesa, tesoriere, rota, camera, e qualunque altro togliendo loro, ed a ciascuno di essi ogni facultà, e giurisdizione di definire, ed interpretare in contrario.

Clause salutaris, et irritantes.

§. 5. Dichiarando Noi preventivamente fin d' adesso nullo, irritato, ed invalido tuttocchè, che da ciascuno di essi con qualsivoglia autorità scientemente, o ignorantemente si giudicasse, o tentasse di giudicare contro quanto si dispone nel presente Nostro chirografo, quale dovrà avere il suo pieno vigore, benchè non vi sia stata chiamata, nè sentita qualunque persona, o corpo benchè privilegiato, privilegiatissimo ecclesiastico, luoghi pii, ed altri, che vi avessero, o pretendessero avervi interesse, non ostante la bolla di Pio IV. Nostro predecessore de registrandis, la regola della

Derogatio contrariorum.

Nostra cancellaria de jure quæsito non tollendo; non ostante ancora quali si siano chirografi, brevi, ordinazioni, e costituzioni apostoliche Nostre, e de' Nostri predecessori, bandi, ed editi, leggi, statuti, riforme, usi, stili, consuetudini, e qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario: alle quali cose tutte, e singole avendone il tenore qui per espresso, e di parola in parola inserto, e registrato, e supplendo Noi colla pienezza della Nostra suprema potestà, ad ogni vizio, e difetto ancorchè sostanziale, che vi potesse intervenire per questa sola volta, e per la piena esecuzione di quanto si contiene nel presente Nostro chirografo ampiamente, e nella più valida forma deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Quirinale questo dì 12. maggio 1804.

PIUS PP. VII.

CCXCIV.

Erectio officinæ medicamentariæ hospitalis pauperum infirmorum a visitatione prothomedici Pergulæ Eugubinæ diœcesis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Quum sicut exponi nuper fecerunt Nobis dilecti filii deputati administratores hospitalis sancti Caroli Pergulæ Eugubinæ diœcesis, idem hospitale, quod totius territorii infirmis pauperibus patet, adeo ob anteaactas rerum perturbationes factum sit inops, ut nisi omnes, quæ minui prudenter possunt, minuantur expensæ, adsit periculum, ne magnam pauperibus ægrotantibus cesuram sit detrimentum: quumque alias inter expensarum hujusmodi diminutiones occurrat et illa non levis, quæ fieri quotannis solet in prothomedici taxam pro visitatione officinæ medicamentariæ hospitalis, cupiunt propterea administratores, ac humiliter poscunt per Nos provideri hac in parte hospitali, ac ut infra indulgeri.

Bull. Rom. Tom. XII. F. 76.

§. 2. Nos igitur ipsos administratores specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, auctoritate apostolica tenore præsentium officinam prædictam memorati hospitalis a visitatione prothomedici, et ab omni, et quacumque taxa pro visitatione hujusmodi ei persolvenda eximimus, ac exemptam, prorsusque immunem, ac liberam facimus, et declaramus.

§. 3. Decernentes easdem præsententes literas semper firmas, validas, ac efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac supradicto hospitali in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque etiam speciali et expressa mentione, et derogatione dignis contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, quod cessata visitatione prothomedici in prædicta officina, deputati administratores pro tempore debeant semper curam adhibere præcipuam, ut is, cui in hospitali officium pharmacopolæ committitur, suam probe calleat artem, et juxta regulas artis conficiat pharmaca, ac diligenter pro usu custodiat. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quinta maji, millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Tenor concessionis.

Clausula sublata, et decretum irritans.

Derogatio contrariorum.

Declaratio specialis.

Dat. die
15 maji
1804
anno V.

Expositio præcæm.

Dat. die
15 maii
1804
anno V.

CCXCV.

Reformatio electionum superiorum
in cœnobiiis religiosorum regni Hi-
spaniarum.

Pius Episcopus

Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. **I**nter graviores curas, ac sollicitudines, quas omni fide, ac studio in suprema hac apostolici Nostri muneris procuratore impendendas esse a Nobis Ecclesiæ cognoscimus; illæ nimirum habendæ sunt, quibus ordinum regularium, tam de eadem Ecclesia benemeritorum conservationi prospiciamus, eorum decus, ac bonum promoveamus, ab iisque omnia arceamus, quæ nocu-mento iis esse possunt, in hac præsertim temporum calamitosissimum injuria; in quibus maximo cum dolore Nostro tam multas regularium hominum familias maximis tempestatibus jactatas tot, ac tam graves ærummas inmerito subisse cognovimus. At vero si miseranda cœnobitarum conditio multis in regionibus gravissimi doloris, maximæque tristitiæ Nobis causa extitit, magnam ex aliâ parte consolationis, gaudii-que causam Nobis præbuit charissimi in Christo filii Nostri Caroli IV catholici regis eximia religio, ac pietas, qua is eisdem religiosos ordines in Hispania prosequitur; eorumque sanctissima instituta veneratur, ut qui optime perspectos habet uberrimos fructus, qui ex iisdem in sua regna semper maxima cum catholici religionis, ac populorum suorum utilitate sunt profecti, ut propterea in presenti ordinum religiosorum vicissitudine non modo nullos ex iisdem in amplissimis Hispaniæ regnis, aut e medio sublatis; aut aliquo detrimento affectos videamus, verum etiam peculiari patrocínio defensos beneficas pietissimi regis curas erga se in dies experiri cognoscamus. Ex quo fit, ut eo promptiori animo benignas aures ejusdem catholici regis postulationibus præbere, earumque rationem habere ducamus, cum ille significet Nobis, se in iis, quæ cir-

ca dictos ordines a Nobis postulat; id unum spectare, ut magis magisque in suis ditionibus ipsorum ordinum conservationi; atque utilitati prospiciat; iis malis amotis, quæ fortasse per vicissitudines temporum induci in eosdem potuerunt, quibus, si quæ adsunt, apostolici muneris Nostri est; ad eorundem conservationem stabilis asserendam, atque utilitatem, splendorémque augendum, prout res postulat, in Domino salubriter providere.

§. 2. Siquidem laudatus idem catholicus rex exponi Nobis fecit inter cætera gravissima mala, quæ ex proxima tui præteritorum temporum perturbatione, tum opinandi licentia infeliciter etiam in suas ditiones sunt derivata, illud etiam factum esse, ut in ordines regulares ibi existentes quaravis in iis plurimi non minus virtute, quam doctrina spectabiles viri inventiantur, qui spiritum, et leges sanctissimorum suorum fundatorum servant, tamen magno cum regii animi sui dolore iis abusus irrepserint, ut ad eos evellendos atque eradicandos efficaciora remedia adhibenda esse videantur, ne iidem amplius iterum pullulare possint.

§. 3. Quæ cum Nobis exposita fuerunt, Nos excitati non minus officio apostolici ministerii Nostri, quam desiderio obsecundandi religiosissimi regis studiis, ut in re tam gravi omni maturitate, ac circumspectione, et juxta normam, ac consuetudinem hujus sanctæ Sedis procederemus, exempla sequenti gloriosissimorum prædecessorum Nostrorum, ac præcipue in simili causa cum in eodem Hispaniarum regno cardinalis de Ximenes visitator generalis omnium ordinum religiosorum in Hispanicis ditionibus existentium ab hac sancta Sede constitutus est, apostolica auctoritate Nostra visitatorem generalem omnium religiosorum in Hispaniarum regnis existentium eligendam censuimus, qui abusus omnes, qui in religiosas familias irrepsisse dicebantur, certo compertos habere staderet, ac ea facilitate, quam Nos per apostolicas literas Nostras in forma brevis datas quarto idus septembris anni proximi superioris eidem impertivimus, si quid emendatione, ac correctione dignum invenisset, id emendandum,

Expositio præ-
sum.Deputatio vi-
sitoris gene-
ralis.

ac corrigendam curaret; deferret vero ad Nos, Nos tamen auctoritatem imploraret, si quid gravius idem deprehenderet, quod opportuna providentia indigeret, ut a Nobis ad id sanandum idonea remedia suppeditarentur. Quam Nos provinciam detulimus dilecto filio Nostro Ludovico Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero cardinali de Bourbon archiepiscopo Toletano, et archiepiscopalis ecclesiæ Hispalensis administratori, qui sane vir propter singulares laudes regii generis, eximie pietatis, zeli, ac sapientiæ, amplissimæque dignitatis, quas simul conjunctas habet, quibusque inter cæteros eminent; maxime idoneus visus fuit Nobis, qui posset tantum munus sancte, atque integre administrare. Hic vero tanto operi manu admota, exposuit Nobis, se tum ex iis, quæ sibi de ordinibus regularibus in Hispaniarum regnis existentibus statim deferenda diligenter curavit, tum ex aliis, quæ sibi eidem inquirenti de præsentibus eorundem statu innotuerunt, maxime opportunum judicare, ad regimen eorum ordinum regularium, qui hætenus ab uno tantum præside generali gubernati fuerant, totidem vicariis generales constituere, qui stabiliter in Hispanicis ditionibus residentes, independentes a supremo magistro ordinis partem eam respectivorum ordinum regant, quæ in iisdem regionibus existit. Igitur non minus ab eo quam a pio rege catholico preces Nobis, ut apostolica auctoritate Nostra huic postulationi annuere dignaremur, oblatae fuerunt, illudque additum, hoc; attentis temporum rationibus, non solum stabili regimini ipsorum ordinum regularium opportunum fore, sed etiam ad visitationem ipsam utiliter perficiendam maxime collaturum.

§. 4. His petitionibus in maturum examen a Nobis vocatis, ac delecta in consilium juxta Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum consuetudinem, congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium, considerantes ex una parte quante curæ esse debeat apostolicæ huic Sedi conservare unitatem ipsorum ordinum juxta sanctorum fundatorum spiritum, atque instituta, ex alia vero parte satisfacere cupientes, quantum in Do-

mino possumus catholici regis desiderii, ac visitatoris studiis, ad bonum, ac utilitatem ipsorum regularium ordinum, ut in difficillimis eorundem temporibus stabili eorum existentia consulamus, simulque uberimos illos fructus Ecclesiæ asseramus, qui ex sanctissimis regularium institutis, ac virorum religiosorum exemplis, ac laboribus percipiuntur; de memoratæ congregationis consilio, ac sententia censuimus ad futurum regimen prædictorum ordinum regularium in Hispaniarum regnis, ac ditionibus, ut supra existentium, ex eo exemplum petere; quod summus pontifex Leo X. felicis prædecessor Noster per apostolicas literas quarum initium = *Ite et vos in vineam meam* = de ordine fratrum sancti Francisci constituit, eamque pro prædictis ordinibus in Hispaniarum regnis, ac ditionibus ut supra existentibus, rationem statuere, per quam simul, et unitas eorundem ordinum juxta respectivorum sanctorum fundatorum spiritum, ac leges conservetur, et studia regis catholici, et visitatoris a Nobis constituti expleantur; atque ad hoc tribuendum ea etiam Nos inducit consideratio, quod omnes pene ordines regulares conservati, ac propagati in Hispania sunt, plusquam alibi apud cæteras nationes, ac cœnobita longe plures in Hispania numerantur, quam quos alia ulla natio possit recensere. Itaque ex certa scientia, ac matura deliberatione ejusdem congregationis consilium sectantes, Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine constituimus, quæ infra sunt.

§. 5. Supremum magistrum ordinum in Hispaniis existentium, qui usque adhuc a generali, seu vicario generali natione Hispanis, atque in Hispania commorantibus gubernati non fuerunt, alteratim deinceps erit gerendum, nimirum erit una vice pene Hispanicæ nationis virum, altera vero vice apud virum exteræ nationis cujuscumque. Magistrum idem erit ad sexennium, nisi ad longius tempus statuendum gravibus intercedentibus causis ab apostolica Sede judicetur. Electio summi magistri juxta leges consuetas respectivorum ordinum a capitulo generali fiet. Cum summus ordinis magister ex Hispaniis eligendus erit comitia gene-

De exercitio
magisterii or-
dinum.

ralia in Hispania habebuntur; Romæ vero sive sibi, prout leges cujuscumque instituti statuunt, cum idem ex aliis nationibus erit eligendus. Evocari, accedere, atque admitti ad generalia comitia debebunt vocales tam ex Hispania, quam ex aliis nationibus. Cum magister generalis non erit natione Hispanus, tunc Hispani habebunt vicarium generalem Hispanum, et viceversa cum supremum magistrum penes Hispanum erit. Ordo extra Hispaniam existens habebit vicarium generalem aliarum nationum. Vicarii generali munus erit ad idem tempus muneris superioris generalis, electio vicarii generalis fiet in eodem capitulo generali, simul ac summi magistri electio habita fuerit, sed ab Hispanis vocalibus eligetur, cum is vicarius generalis Hispanus futurus erit. Vocales vero aliarum nationum vicarium eligent cum is ad ordinem pertinebit, qui extra Hispaniam est. Tam summus ordinis magister, quam vicarius generalis, cum Hispani erunt, in regis Hispaniarum ditionibus residebunt. Si super vicarii generalis electione aliqua difficultas, ac controversiæ exoriantur, harum cognitio, ac definitio ad vocales respectivos, qui eundem elegerunt, privative pertinebit. At si per eos dirimi, aut expediri non poterunt, antequam capitulum dissolvatur, causa ab apostolica Sede definietur, sive ab eo, cui eadem apostolica Sedes specialem potestatem rei definiendæ faciet. Si vicarius generalis, sive per obitum, sive per promotionem, sive alia quacumque de causa esse desierit, antequam ordinis magister tempus magistræ sui expleverit; cujus ut supra dictum est exequare durationem muneris debet, tunc si is Hispanus fuerit Hispani alterum item Hispanum sibi in Hispania in vicarium eligent, et ita viceversa ex aliis nationibus ceteri ad normam respectivorum institutorum, qui tamen perdurabit usque dum eam temporis partem expleat, quæ ejus decessori reliqua erit ad munus suum absolvendum. In supradicto casu cessationis vicarii generalis intra sexennium sive per obitum, sive per promotionem, sive quacumque alia de causa, quando Hispani, ut supra dictum est, alterum Hispanum sibi in Hispania vicarium eligent, electio-

nem, quæ a solis vocalibus Hispani fieri debet, ab iis solis fieri permitimus, qui tunc temporis in Hispaniæ peninsula commorabuntur, ut longæ illæ moræ dilationesque vitentur, quæ si accedere illi quoque vocales deberent, qui extra Hispaniæ peninsulam sunt, et longius absunt, necessario acciderent.

§. 6. Quod si summum ipsum magistrum generalem ordinis, a suo cessare munerè, sive obitus, sive promotionis, sive alia quacumque de causa contigerit, ita ut novus in ejus locum magister generalis ad complendum sexennium, quod ab antecessore non fuerat absolutum eligendus sit, declaramus in hoc casu locum non esse alternæ electioni, de qua supra dictum est, decernimusque, ut novus magister generalis, usque ad exitum sexennii ab antecessore inchoati duraturus ex ea parte ordinis deligatur, ex qua erat ipsius antecessor, ne ulla pars sit ordinis, quæ per sexennium integrum non habeat magistrum generalem e viris electum ad ipsam pertinentibus. Electio autem in hoc casu novi magistri generalis ad complendam antecessoris sexennium substituendi fieri debet a solis vocalibus nativorum illius partis ordinis, ad quam ipse antecessor pertinebat, ac nimis interponantur moræ, quæ vitari nullo modo possent, si omnes omnino vocales accedere deberent, præsertim cum evenire non admodum difficile possit, ut magister generalis, cui successor deligendus sit prope ipsum sexennii finem ea aliqua e supradictis causis a munere suo cesset, ejusque successor propterea intra brevissimum tempus sit constituendus; quod si novus magister generalis eligendus in supradicto casu non completi sexennii ad ipsum sexennium complendam erit natione Hispanus, quia ejusdem nationis fuerit illius antecessor, a quo sexennium non fuit absolutum, statuimus, ut in hoc casu ad electionem illius accedere tantum modo debeant vocales illi Hispani, qui in ipsa Hispaniæ peninsula commorabuntur ab accedendi onere dispensantes de Nostræ potestatis plenitudine, eos alios vocales Hispanos, qui extra dictam peninsulam existant ob illam ipsam causam, quam diximus, scilicet ne electioni minime interponantur mo-

De electione
magistri generalis
ordinis.

ræ, quæ si accedere illi quoque vocales deberent, qui extra Hispaniæ peninsulam sunt, et longius absunt, necessario acciderent, præsertim cum ne ita fieret evenire posset, ut forsitan antea elaboretur reliquum sexennii spatium, quam novus magister generalis ad illud complendum substituendus, eligeretur. Vicarius generalis in capitulo generali, ut supra dictum est, statim post electionem summi magistri electus, se ab eo confirmari postulabit, ac facultatibus munereri, quæ ad munus gerendi pertinent, quorum utrumque sine dilatione ei summus magister tribuet. Quod si vicarius generalis extra capitulum generale eligetur per obitum, sive per promotionem, ac dimissionem ejus, qui in dicto capitulo fuerat electus, ut supra dictum est, in eo casu ad præcavenda omnia dilationum incomoda, ei vicario canonice deputato juxta enunciata formam, nunc pro tunc per has apostolicas Nostras literas facultates impertimur, quibus provincias, quæ ejus regimini subjacent, regere valeat per tempus illud intermedium, intra quod nulla mora interposita certiore summum ordinis magistrum de sua electione faciet, ab eoque se confirmari postulabit, ac necessariis facultatibus munitur, quorum utrumque sine dilatione ei summus magister tribuet. Hæ facultates vicariis generalibus a summo magistro tributæ non cessabunt, sed firmæ iisdem manebunt, etiamsi ordo summo suo magistro caruerit per ejus obitum intra sexennium, sive per ejus promotionem intra idem sexennium; ita ut post electionem novi summi magistri ad complendum sexennium eligendi, eas ab ipso petere non indigeant, quas ut eo in casu exercere absque ulla dubitatione valeant, nunc pro tunc de Nostræ potestatis plenitudine per has apostolicas literas confirmamus, et quatenus opus sit, iisdem vicariis impertimur. Facultates vero vicariorum generalium eadem ipsæ erunt, quas summus magister habet. Itaque vicarius generalis, cui tres, aut quatuor assistentes, sive definitores, sive consultores, aliique juxta regulas instituti adsint, in provinciis, quæ ab eo regendæ sunt, libere omnem jurisdictionem, sibi delegatam exercet, quam ante ibidem summus

ordinis magister exercebat. In negotiis vero, quæ majoris momenti sunt, ad spirituale regimen ordinis, ac disciplinam pertinentibus, vicarius generalis, ut opportuna, ac tutiori ratione procedat, et ut instituti substantia in universo ordine conserveetur, summum magistrum consulere debet. Mutationes, et reformationes statutorum, quæ necessariæ, aut utiles ad respectivorum ordinum bonum videbuntur si universum ordinem respicient, a capitulo generali fient; si vero ad partem tantum ordinis in Hispania existentis pertinebunt de his in Hispania ipsa cum consilio tamen summi magistri agetur; sed neutræ ad effectum perducipoterunt sine Romani pontificis approbatione. Nota satis Nobis pietas, ac religio catholici regis, ejusque studium pro regularium ordinum bono. Nos dubitare non sinunt eum effecturum, ut variationes hujusmodi probatæ a Nobis, aut successoribus Nostris, in suis ditionibus exequantur. Tandem quod pertinet ad bona temporalia, declaramus, regulares in Hispania existentes libere in posterum administrare, atque erogare ipsorum bona, redditus, atque elemosynas posse, nec amplius ad contribuendum expensis, atque ad subsidia suppeditanda domibus regularium cæterarum notionum teneri, quod tamen non ita intelligi debet, ut ære alieno, si quo forte erga eos obstricti sunt liberati judicentur. Hæ ordinationes exequi debent statim post promulgationem hujus apostolicæ constitutionis Nostræ. Quoad electiones vero, cum, attenta præsentium temporum conditione, eæ haud fieri hac vice possint ea ratione, quæ a Nobis supra constituta est; mandamus, ut in ordinibus, qui nunc præsidem generalem habent, is suo munere fungi pergat, usquedum absolvatur tempus, quod ordinis sui legibus præstitutum est: si qui nunc summo magisterio fungitur, natione est Hispanus fiet a Nobis electio tum vicarii generalis, tum cæterorum superiorum majorum ordinis extra Hispaniam existentis; si vero summus ordinis præses Hispanus non est, Nos vicarium generalem, cæterosque superiores majores Hispanos constitue-

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Præsentem autem literas et in eis contenta, et statuta quæcumque, etiam ex eo quod quilibet in præmissis, seu in eorum aliquo jus, aut interesse habentes, seu habere prætendentes etiam quomodolibet in futurum, illis non consenserint, seu quod aliqui ex ipsis ad præmissa minime vocati, vel etiam nullimode auditi fuerint, aut ex alia qualibet causa nullo unquam tempore de subreptionis aut obreptionis, aut nullitatis vitio vel intentionis Nostræ, aut alio quovis magno, et substantiali defectu, sive etiam ex eo quod in præmissis solemnitates, et quæcumque alia forsitan servanda, et adimplenda minime servata, et adimpleta fuerint, aut ex quibuslibet aliis causis, vel prætextibus notari, impugnari, aut alias infringi, suspendi, limitari, aut in controversiam vocari, seu adversus illas quodcumque juris, aut iustitiæ remedium impetrari, easque omnino sub quibusvis contrariis constitutionibus, revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, decretis, vel declarationibus generalibus, vel specialibus, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine quomodolibet factis minime comprehendi, sed semper ab illis exceptas esse, et fore, et tanquam ex pontificiæ providentiæ officio, et potestatis plenitudine Nostris factas, et emanatas, perpetuo validas, et efficaces existere, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum, perpetuo, et inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vice-legatos, et Sedis apostolicæ nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate iudicari, et definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari irritum, et prorsus inane esse, et fore, volumus, atque decernimus.

Derogatio contrarium.

§. 8. Non obstantibus etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis, constitutionibus, et ordinationi-

bus apostolicis, nec non omnium, et singulorum dictorum regularium ordinum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia reboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 9. Ut autem præsentem, et in eis contenta quæcumque ad omnium notitiam facilius deducantur, volumus, ut earum transumptis, sive exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem fides tam in iudicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 10. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ constitutionis, ordinationis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo quarto, idibus maii, pontificatus Nostri anno quarto.

Fides habenda transumptis.

Sanctio poenalis.